This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

Mason. D. 2.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MISSÆ PROPRIÆ
ORDINIS
S. P. N. FRANCISCI:

Quibus interſeruntur

(Juxta Calendarium Franciſcanum)

Miſſæ novæ Miſſalis Romani,

CUM

TABULA ALPHABETICA
exhibente *Illas* Charactere Italico,
Has verò Romano.

In Commoditatem omnium qui Miſſali
Romano utuntur.

Quando ſacerdos celebrat, Deum honorat; Angelos lætificat; Eccleſiam ædificat; Vivos adjuvat; Defunctis requiem præſtat; & ſeſe omnium bonorum participem efficit.

Lib. 4, Imit. Chriſti Cap. 5.

Permiſſu Superiorum.

LONDINI.

Anno Domini MDCCLXVI.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Digitized by Google

Tabula Alphabetica

Nominum Sanctorum

hujus Supplementi Miſſalis.

A.

Andreæ de Comitibus Confeſſoris. Pag. 11
Antonii à Stronconio Confeſſoris. 12
Apolloniæ Virginis & Martyris. 13
Andreæ Corſini Epiſc. Confeſſoris. 14
Angelæ Fulginatis Viduæ. 23
Angeli à Clavaſio Confeſſoris. 32
Anſelmi Epiſc. Conf. & Doctoris. 36
Antonini Epiſcopi & Confeſſoris. 41
Auguſtini Epiſc. Conf. Angl. Apoſt. 51
Andreæ ab Hyſpello Confeſſoris. 56
Antonii de Paduâ Confeſſoris. 57
Alexii Confeſſoris. 69
Angelorum Cuſtodum. 93
Andreæ Avellini Confeſſoris. 110
Agnetis Aſſiſiatis Virginis. 111

B.

Beraldi & Sociorum Martyrum. 6
Benevenuti Epiſc & Confeſſoris. 20
Benedicti à S. Philadelphio Conf. 28
Bernardini Senenſis Confeſſoris. 47
Benevenuti Confeſſoris. 60
Bonaventuræ Epiſc. Conf. & Doct. 62
Bernardini Feltrenſis Confeſſoris. 91
Brunonis Confeſſoris. 97
Birgittæ Viduæ. 98
Bedæ Venerabilis Preſbyteri Conf. 105

Digitized by Google

Bibianæ Virginis & Martyris. 116
Barbaræ Virginis & Martyris. 118

C.

Canuti Regis & Martyris. 8
Conradi Conſeſſoris. 5
Caſimiri Confeſſoris. 16
Coletæ Virginis. 17
Catharinæ Bononienſis Virginis. 17
Catharinæ Senenſis Virginis. 42
Cunegundis Virginis. 67
Cajetani Confeſſoris. 69
Claræ ab Aſſiſio Virginis. 71
Camilli de Lellis Confeſſoris. 72
Claræ de Monte-Falcone Virginis. 78
Coſmæ & Damiani Martyrum. 97
Caroli Borromæi Epiſcopi & Conf. 106
Conceptio Immaculata S. M. Virginis. 118

D.

Deſponſatio B. Mariæ Virginis. 9
Davidis Epiſc. Menevenſis & Conf. 16
VII. Dolorum B. Mariæ Virginis. 23
Dominici Confeſſoris. 69
Danielis & Sociorum Martyrum. 100
Didaci Complutenſis Confeſſoris. 107
Delphinæ Virginis. 113

E.

Eliſabeth Portugalliæ Viduæ. 61
Euſtachii & Sociorum Martyrum. 89
Elzearii Comitis & Confeſſoris. 91
Eduardi Regis & Confeſſoris. 99
Eliſabeth Hungariæ Viduæ. 111
Edmundi Regis & Martyris. 112
Euſebii Epiſcopi & Martyris. 121
Expectatio Partûs B. Mariæ Virginis. 122

Digitized by Google

F.

FRanciſci Saleſii Epiſc
Franciſcæ Romanæ
Fidelis à Sigmaringa Ma
Felicis à Cantalicio Confe
Franciſci Solani Confeſſor
Franciſci ab Aſſiſiô Confeſ
Franciſci à Borgia Confe
Felicis Valeſii Confeſſor
Franciſci Xaverii Confe

G.

GAbriëlis Archangeli.
Octava S. Georgii
Gregorii VII. Papæ & C
Guidonis Confeſſoris.
Gertrudis Abbatiſſæ & V
Gabriëlis Ferretti Confeſſ

H.

HYacinthæ Mareſcott
Hermenegildi Re
Humilianæ de Cerchiis Vi
Henrici Imperatoris & C
Hyacinthi Confeſſoris.
Helenæ Imperatricis Vidu
Hedwigis Viduæ
Helenæ Paduanæ Virgini

I.

JOannæ Valeſiæ Vidu
Joannis de Mathâ
Joſeph à Leoniſſa Confeſſo
Joannis de Deo Confeſſ
Iſidori Epiſc. Conf. & I
Jacobi à Bitecto Confeſſo
Joannis Nepomuceni M
Ivonis Confeſſoris.

Digitized by Google

Joannis de Pradô Martyris. 55
Joannis à S. Facundo Confeſſoris. 59
Julianæ de Falconeriis Virginis. 60
Joannis Gualberti Abb. & Confeſſoris. 62
Joannis de Dukla Confeſſoris. 66
Ignatii de Loyola Confeſſoris. 69
Joachim Pat. B. M. V. Confeſſoris. 75
Iſabellæ Virginis. 83
Joannis & Petri Martyrum. 84
Joſephi à Cupertino Confeſſoris. 89
Joannis à Capiſtrano Confeſſoris. 104
Jacobi de Marchiâ Confeſſoris. 114
Joannis à Cruce Confeſſoris. 115

L.

LUdovicæ Albertoniæ Viduæ. 10
Leonis I. Papæ Confeſſoris & Doct. 29
Lucii Confeſſoris. 34
Ludovici Epiſcopi & Confeſſoris. 78
Ludovici Regis & Confeſſoris. 80
Laurentii Juſtin. Epiſc. & Confeſſoris. 85
Luciæ Virginis 3. Ordinis. 91
Ladiſlai Gielnovienſis Confeſſoris. 104

M.

MArgaritæ de Cortonâ Viduæ. 15
Monicæ Viduæ. 40
Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virg. 54
Margaritæ Reginæ Scotiæ Viduæ. 57
Michaëlinæ Piſaurienſis Viduæ. 60
S. Mariæ V. de Monte Carmelo. 63
Margaritæ Virginis & Martyris. 67
S. Mariæ Angelorum. 68
S. Mariæ Virg. de Mercede. 90

N.

SS. NOMINIS JESU. 1
Norberti Epiſc. & Confeſſoris. 56

Nicolai

Digitized by Google

Nicolai & Sociorum Martyrum. 61
SS. Nominis B. Mariæ Virginis. 85

P.

PEtri Nolaſco Confeſſoris. 11
Petri Baptiſtæ & Sociorum Martyrum. 12
Patritii Epiſcopi & Confeſſoris. 19
Patrocinii S. Joſeph Confeſſoris. 38
Pii V. Papæ & Confeſſoris. 41
Petri Regalado Confeſſoris. 43
Paſchalis Baylon Confeſſoris. 44
Petri Cœleſtini Papæ & Conf. 49
Philippi Nerii Confeſſoris. 52
Pacifici à Ceredano Confeſſoris. 56
Petri à Moliano Confeſſoris. 72
Philippi Benitii Confeſſoris. 80
Petri de Alcantarâ Confeſſoris. 102
Patrocinii S. Mariæ Virginis. 106
Petri Chryſologi Epiſc. Conf. & Doct. 120

R.

RAymundi de Pennafort Confeſſoris. 13
Rogerii Confeſſoris. 16
Roſæ de Viterbo Virginis. 17
Raphaëlis Archangeli. 34
Rochi Confeſſoris. 78
Raymundi Nonnati Confeſſoris. 82
Roſæ Limanæ Virginis. 84
SS. Roſarii B. Mariæ Virginis. 91

S.

SCholaſticæ Virginis. 13
Salvatoris ab Hortâ Confeſſoris. 20
Simonis à Lipnica Confeſſoris. 66
Stephani Regis & Confeſſoris. 83
Seraphinæ Sfortiæ Viduæ. 86
Sacrorum Stigmatum S. P. Franciſci. 87
Seraphini Ord. Capuc. Confeſſoris. 99

Salomeæ

Digitized by Google

Salomeæ Reginæ Virginis. 111
Sanctorum Omnium Ordinis Minorum. 113

T.

THomæ de Villâ Novâ Epiſc. Conf. 90
Tereſiæ Virginis, 100
Tranſlatio S. Antonii de Paduâ. 14
Tranſlatio S. Bonaventuræ. 19
Tranſlatio S. Eliſabeth Hungariæ. 36
Tranſlatio S. Paſchalis Baylon. 37
Tranſlatio S. Petri de Alcantarâ. 37
Tranſlatio S. Didaci Complutenſis. 40
Tranſlatio S. Bernardini Senenſis. 46
Tranſlatio S. P. Franciſci. 50
Tranſlatio S. Elzearii. 59
Tranſlatio S. Roſæ de Viterbo. 84
Tranſlatio S. M. Claræ. 95
Tranſlatio S. Ivonis. 105
Tranſlatio S. Ludovici Epiſc. 107

V.

VIridianæ Virginis. 14
Vinçentii Ferrerii Confeſſoris. 29
Ubaldi Epiſc. & Confeſſoris. 43
Venantii Martyris. 50
Vincentii à Paulo Confeſſoris. 68
Urſulæ & Soc. Virg. & Martyrum. 104

W.

WEnceſlai Ducis & Martyris. 98
Winefridæ Virginis & Martyris. 106

Quædam nova Decreta, Urbis & Orbis. 126
Benedictio Chordæ S. P. N. FRANCISCI. 130
Abſolutio Ord. pro Articulo mortis. 132
Abſolutio ab Hæreſi. 134
Miſſa votiva ad poſtuland. 122

Digitized by Google

FESTA JANUARII.

DOMINICA 2 poſt Epiphaniam.

SS. *Nominis* DOMINI *noſtri* *JESU CHRISTI.*

Introitus.

IN Nomine JESU omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus JESUS CHRISTUS in gloria eſt Dei Patris.

Pſal. Domine Dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra! Gloria Patri.

ORATIO.

DEUS, qui unigenitum Filium tuum conſtituiſti humani generis Salvatorem, & Jeſum vocari juſſiſti; concede

Digitized by Google

propitius; ut cujus Sanctum Nomen veneramur in terris, ejus quoque aſpectu perfruamur in Cœlis: Per eundem Dominum.

Lectio Actuum Apoſtolorum.

IN diebus illis: Repletus Spiritu Sancto Petrus, dixit: Principes populi, & Seniores, audite: ſi nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſalvus factus eſt, notum ſit omnibus vobis & omni plebi Iſrael: quia in nomine Domini noſtri JESU CHRISTI Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli: & non eſt in aliquo alio ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri.

Grad. Salvos fac nos Domine Deus noſter: & congrega nos de nationibus: ut confiteamur nomini ſancto tuo, & gloriemur in gloria tua. Tu Domine Pater noſter, & Redemptor noſter, à ſæculo nomen tuum. Alleluja, alleluja. Laudem Domini loquetur os meum; & benedicat omnis caro nomen ſanctum

ſanctum ejus. Alleluja. *Poſt Septuag. omiſſo* Alleluja, *& verſu dicitur Tract.* Deus virtutum converte nos: & oſtende faciem tuam & ſalvi erimus: ſonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora nimis. Oleum effuſum nomen tuum JESU, ideò adoleſcentulæ dilexerunt te.

Tempore Paſchali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur. Alleluja, alleluja. Laudem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomen ſanctum ejus. Alleluja. Exaltabo te Deus meus Rex, & benedicam nomini ſancto tuo JESU in ſæculum, & in ſæculum ſæculi. Alleluja.

SEQUENTIA.

LAuda Sion Salvatoris
JESU nomen & amoris,
Toto cordis jubilo.
Nomen ſanctum nos amare
Decet ſemper & laudare
Abſque mentis nubilo.
JESU nomen poteſtatis
Atque æternæ majeſtatis,
Summi Patris brachium.
Cœlos fecit, terræ molem,
JESU nomen, atque ſolem,
Et cœleſte gaudium.

Digitized by Google

Angelorum ingens cœtus,
Protoplaſteſque perfectus,
Fuit JESU nomine.
Ut aquarum magni fontes
Sunt immiſſi ſuper montes
Juſto rerum ordine.
In Ægypto fecit ſigna
JESU nomen, & maligna
Perdidit prodigia.
Sciſſo pelago tranſvexit
Iſraelem, & demerſit
Hoſtium inſignia.
Hujus nominis virtute
Superborum ſunt deſtructæ
Dæmonum potentiæ.
Simulacra Idolorum
Sunt everſa, tyrannorum
Fractæ violentiæ:
JESU nomen figuratum,
Vehementer expectatum
Patrum deſiderio.
Revelatum nobis quidem
Dedit ſpem, amorem, fidem,
Maximo myſterio.
Nomen ergo hoc amandum
Toto corde, & adorandum
Omni reverentiâ.
In adverſis nomen ſanctum
Invocetur JESU tantum,
Aderit præſentia,

Præſen-

Digitized by Google

Præſentia Deitatis,
Et totius bonitatis
Dulcis JESUS aderit.
Fugat morbos & livores,
Sed & animi languores,
JESUS ubi venerit.
Veni JESU nomen dulce,
Et te cordi noſtro pone
Nobile ſignaculum. Amen.
Alleluja.

Sequentia ſancti Evangelii ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Poſtquam conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur puer: vocatum eſt nomen ejus JESUS; quod vocatum eſt ab Angelo priuſquam in utero conciperetur. *Dicitur* Credo.

Offertorium. Confitebor tibi, Domine Deus meus, in toto corde meo, & glorificabo Nomen tuum in æternum: quoniam tu Domine ſuavis & mitis; & multæ miſericordiæ omnibus invocantibus te. Alleluja.

Secreta.

BEnedictio tua, clementiſſime Deus, quâ omnis viget creatura, ſanctificet quæſumus hoc Sacrificium noſtrum, quod ad gloriam Nominis Filii tui Domini noſtri JESU CHRISTI offerimus tibi: ut majeſtati tuæ placere poſ-

Digitized by Google

ſit ad laudem ; & nobis proficere ad ſalutem. Per eundem Dominum.

Præfatio de Nativitate.

Communio. Omnes gentes quaſcunque feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum : quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia : tu es Deus ſolus. Alleluja.

Poſtcommunio.

OMnipotens æterne Deus, qui creâſti & redemiſti nos, reſpice propitius vota noſtra : & ſacrificium ſalutaris hoſtiæ, quod in honorem Nominis Filii tui Domini noſtri JESU CHRISTI majeſtati tuæ obtulimus, placido & benigno vultu ſuſcipere digneris ; ut gratia tua nobis infuſa, ſub glorioſo Nomine JESU, æternæ prædeſtinationis titulo, gaudeamus nomina noſtra ſcripta eſſe in Cœlis. Per eundem Dominum.

DIE XVI. JANUARII.

SS. Martyr. Berardi & Soc. Ord. Min.

Introitus.

MUltæ tribulationes Juſtorum, & de his omnibus liberavit eos Dominus : Dominus cuſtodit omnia oſſa eorum, unum ex his non conteretur. *Pſalm.* Benedicam Dominum in omni tempore : ſemper laus ejus in ore meo. Gloria Patri.

ORATIO.

ORATIO.

Largire nobis, quæſumus Domine, beatis Martyribus tuis Berardo, Petro, Accurſio, Adjuto & Othone intercedentibus, cœleſtia ſemper & Chriſtum amare: quorum glorioſo Martyrio, Ordinis Minorum initia conſecráſti. Per eundem Dominum.

Epiſt. Fratres, Spectaculum facti ſumus. *Ut in comm. Conf. non Pont.* 2. *loco.*

Grad. Vindica Domine ſanguinem Sanctorum tuorum, qui effuſus eſt. Poſuerunt morticina ſervorum tuorum Domine eſcas volatilibus Cœli: Carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ. Alleluja, alleluja. Hæc eſt vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenens regna cœleſtia. Alleluja.

Poſt. Septuag. Tractus. Qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metent. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos.

Temp. Paſchali. Alleluja, alleluja. Hæc eſt vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Chriſtum ſecuta eſt, inclyta tenens regna cœleſtia. Alleluja. Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus. Alleluja.

Evang.

Digitized by Google

Evang. Ecce ego mitto vos. *Ut in feſto Sancti Barnabæ* 11. *Junii. Dicitur* Credo.

Offert. Juſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis: viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace. Alleluja.

Secreta.

PRO pretioſa, Domine, tuorum morte Sanctorum ſacrificium illud offerimus: quo opem tuam noſtris temporibus clementer impendas; & gratiam nobis veræ devotionis exhibeas. Per Dominum.

Communio. Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui vos perſequuntur.

Poſtcommunio.

CŒleſtia Domine dona, quæ ſumpſimus, vitam nobis tribuant ſempiternam: quam cum Beatorum Martyrum tuorum Berardi, Petri, Accurſii, Adjuti, atque Othonis glorioſis meritis imploramus. Per Dominum.

DIE XIX. JANUARII.

In Feſto S. Canuti Regis & Martyris.

Miſſa. In Virtute tua. *De Communius Martyris non Pont.* 1. *loco.*

ORATIO.

DEUS, qui ad illuſtrandam Eccleſiam tuam Beatum Canutum Danorum Regem,

Digitized by Google

Regem, Martyrii palma, & glorioſis miraculis decorare dignatus es: Concede propitius; ut ſicut ipſe Dominicæ paſſionis imitator fuit, ita nos per ejus veſtigia gradientes, ad gaudia ſempiterna pervenire mereamur. Per eundem Dominum.

Evang. Si quis vult poſt me venire. *De Com. unius Mart. Pont.* 2. *loco. Sine* Credo.

DIE XXIII. JANUARII.

In Feſto Deſponſationis B. V. Mariæ.

Miſſa, ut in feſto Nativitatis ejuſdem, 8. *Sept. dicendo, loco.* Nativitatis. Deſponſationis. *Evang.* Cum eſſet deſponſata. *Ut in feſto S. Joſeph* 19. *Martii. Dicitur* Credo. *In Præf.* Et te in Deſponſatione.

DIE XXIX. JANUARII.

In Feſto S. Franciſci Saleſii Epiſc. Conf.

Miſſa. Statuit ei Dominus. *De Com. Conf. Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui ad animarum Salutem Beatum Franciſcum Saleſium Confeſſorem tuum atque Pontificem, omnibus omnia factum eſſe voluiſti: Concede propitius; ut Charitatis tuæ dulcedine perfuſi, ejus dirigentibus monitis, ac ſuffragantibus meritis, æterna gaudia conſequamur. Per Dominum.

DIE

DIE XXX. JANUARII.

B. Hyacinthæ Virg. 3. Ordinis.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui beatam Hyacintham Virginem tuam jugis mortificationis, & charitatis victimam effeciſti, ejus nobis exemplo, & interceſſione concede; ut peccata noſtra deflere, & te ſemper diligere valeamus. Per Dominum noſtrum.

DIE XXXI. JANUARII.

B. Ludovicæ Albertoniæ Viduæ. 3. Ord.

Miſſa. Cognovi. *Ut in Com. nec. Virg. nec Mart. Epiſt.* Chariſſime, Viduas honora. *Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui beatæ Ludovicæ inter cæteras egregias dotes inſignem, verèque ſingularem erga Chriſti pauperes charitatis prærogativam miſericorditer contuliſti; concede nobis famulis tuis, ejus ſuffragantibus meritis charitatem, quâ te ſuper Omnia toto cordis affectu diligere valeamus. Per Dominum noſtrum.

FESTA

FESTA FEBRUARII.

Die I. Februarii.

B. Andreæ de Comit. Conf. Ord. Min.

Miſſa Juſtus. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco. Sine* Credo.

Die III. Februarii.

S. Petri Nolaſci Confeſſoris.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf, non Pont.* 2. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui in tuæ Charitatis exemplum, ad fidelium redemptionem, Sanctum Petrum Eccleſiam tuam nova prole fœcundare divinitus docuiſti: ipſius nobis interceſſione concede; a peccati ſervitute ſolutis, in cœleſti patria perpetua libertate gaudere. Qui vivis & regnas.

Die IV. Februarii.

B. Joannæ Valeſiæ Reginæ Galliæ Viduæ Annunt. Fund.

Miſſa. Cognovi. *De Com. nec Virg. nec Mart. ſine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui ad imitandum Beatæ Virginis Filii tui Genitricis Virtutes, novum per Beatam Joannam Sacrarum Virginum Cœtum inſtitui Voluiſti; ejus meritis, precibuſque concede: ut per eadem gradiamur Virtutum exempla. Per eundem Dominum.

Die

Digitized by Google

DIE V. FEBRUARII.

S. S. Martyrum Japonentium Petri Baptiſtæ & Sociorum Ord. Minorum

Miſſa. Salus autem Juſtorum. *De 3. Com. Plurim. Mart.*

ORATIO.

DEUS, qui primitias fidei apud Japoniæ Gentes beatorum Martyrum Petri-Baptiſtæ & Sociorum ejus Sanguine dedicaſti; concede propitius, ut ad tui nominis confeſſionem, quorum excitamur exemplis, eorum precibus adjuvemur. Per Dominum.

Poſt. Grad. Hæc eſt vera fraternitas. *Ut* 16. *Jan. Evang.* Deſcendens Jeſus. *Ut in* 2. *Com. Dicitur* Credo.

DIE VII. FEBRUARII.

B. Antonii a Stronconio Conf. Ord. Min.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont.* 2 *loco. Sine* Credo.

DIE VIII. FEBRUARII.

S. Joannis de Matha Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui per Sanctum Joannem Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis ad redimendum de poteſtate Saracenorum captivos cœlitus inſtituere dignatus es; Præſta quæſumus; ut ejus ſuffra-

Digitized by Google

ſuffragantibus meritis, a captivitate corporis & animæ liberemur. Per Dominum.

DIE IX. FEBRUARII.

S. Apolloniæ Virg. & Martyris.

Miſſa. Loquebar. *De Com. Virg. & Mart.* 1. *loco. Sine* Credo.

DIE X. FEBRUARII.

S. Scholaſticæ Virginis.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tantum.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui animam Beatæ Virginis tuæ Scholaſticæ, ad oſtendendam innocentiæ viam, in columbæ ſpecie cœlum penetrare feciſti: da nobis ejus precibus & meritis; ita innocenter vivere, ut ad æterna mereamur gaudia pervenire. Per Dominum.

DIE XII. FEBRUARII.

S. Raymundi de Pennafort Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui beatum Raymundum pœnitentiæ Sacramenti inſignem miniſtrum elegiſti, & per maris undas mirabiliter traduxiſti: Concede, ut ejus interceſſione, dignos pœnitentiæ fructus facere, & ad æternæ ſalutis portum pervenire valeamus. Per Dominum.

Digitized by Google

DIE XIV. FEBRUARII.

B. Viridianæ Virginis 3. Ordinis.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tant. 1. loco. Sine* Credo.

DIE XV. FEBRUARII.

Tranſlatio S. Antonii de Padua. Conf. Ord. Minorum.

Miſſa ut in die natalis ejuſdem 13. Junii : *ſed loco li* ſolemnitas *ponitur* Tranſlatio. *Sine* Credo.

DIE XVII. FEBRUARII.

S. Andreæ Corſini Epiſc. & Conf.

Miſſa. Statuit ei Dominus. *De* 1. *Com. Conf. Pont. ſine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui in Eccleſia tua nova ſemper inſtauras exempla virtutum : da populo tuo beati Andreæ Confeſſoris tui atque Pontificis ita ſequi veſtigia, ut aſſequatur & præmia. Per Dominum.

DIE XVIII. FEBRUARII.

S. Joſeph a Leoniſſâ Conf. Ord. Min. Cap.

Miſſa. Juſtus ut palma. *De Com. Conf. non Pont. 2. loco. Evangel.* Deſignavit Dominus. *Ut in Feſto S. Marci* 25. *Aprilis. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, Fidelium Remunerator Servorum, qui Beatum Joſephum eximium in Evangelicâ prædicatione operarium

rium effeciſti; ejus quæſumus interceſſione concede, ut à grato tibi Servitio numquam ceſſemus in terris, & plenam à te mercedem recipiamus in Cœlis. Per Dominum.

DIE XIX. FEBRUARII.

S. Conradi Confeſſoris 3. Ordinis.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De 2. Com. Conf. non Pont. Evang.* Ecce nos reliquimus omnia. *De Com. Abbatum. Dicitur* Credo.

DIE XXII. FEBRUARII.

S. Margaritæ de Cortona Vid. 3. Ordinis.

Miſſa. Cognovi. *De Com. nec Virg. nec Mart. Dicitur* Credo, & *per Octavam.*

ORATIO.

DEUS, qui famulam tuam Margaritam de perditionis via ad ſalutis tramitem miſericorditer deduxiſti: eâdem nobis miſeratione concede; ut quam priùs errantem, ſectari non erubuimus mox pœnitentem impigrè ſequi gloriemur. Per Dominum.

Epiſtola. Surgam & circuibo, &c. *ut in Feſto S. Mariæ Magd. 22 Julii.*

Evangelium. Simile eſt regnum cœlorum theſauro, &c. *Dicitur* Credo. *Et per Octavam.*

SECRETA.

PLacationis Hoſtia, quam tibi offerimus Domine, Beatæ Margaritæ inter-

terveniente ſuffragio, optatæ nobis indulgentiæ plenitudinem elargiatur. Per Dominum.

Poſtcommunio.

UBeres Domine, Sanctæ tuæ Margaritæ lacrymæ duritiem noſtri cordis emolliant; ut per hujus virtutem Sacramenti debitas reatibus flammas inceſſanti fletu extinguamus. Per Dominum noſtrum.

FESTA MARTII.

Die I. Martii.

S. Davidis Epiſc. & Conf. Patroni Walliæ ubi celebratur.

Miſſa. Statuit. *De Com. Conf. Pont.* 1. *loco. Etiam* Oratio. *Dicitur* Credo.

Die IV. Martii.

S. Caſimiri Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui inter regales delicias, & mundi illecebras, ſanctum Caſimirum virtute conſtantiæ roboraſti: quæſumus, ut ejus interceſſione fideles tui terrena deſpiciant, & ad cœleſtia ſemper aſpirent. Per Dominum.

Die V. Martii.

B. Rogerii Conf. Ord. Min.

Miſſa. Os juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

Die

DIE VI. MARTII.

B. Coletæ Virginis Ordinis S. Claræ.

Miſſa. Vultum tuum. *De Com. Virg. tant.* 2. *loco. Evang. de decem virginibus* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DOmine Jeſu, qui beatam Coletam ſponſam tuam innumeris dotibus decorâſti: tribue quæſumus; ut quo ſpiritu ſeraphicam regulam priſtinæ puritati reſtituit, eodem intus reformari mereamur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate ejuſdem Spiritus ſancti Deus.

DIE VIII. MARTII.

S. Roſæ Viterbienſis Virg. 3. *Ordinis.*

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tant.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui Beatam Roſam Sanctarum tuarum Virginum collegio aggregare dignatus es: tribue nobis, quæſumus; ut ejus precibus & meritis a culpis omnibus expiemur, & tuæ Majeſtatis conſortio perfruamur æterno. Per Dominum.

DIE IX. MARTII.

S. Catharinæ Bononienſis Virginis. Ord. S. Claræ.

Miſſa. Vultum tuum. *De Com. Virg. tant.* 2. *loco. Evang. de* 10. *Virginibus.* 1. *loco. Dicitur* Credo.

ORATIO.

COncede nos famulos tuos Deus beatæ Catharinæ Virginis Suffragiis adjuvari: cujus odore unguentorum trahimur ad tua ſancta lætantes. Per Dominum.

Secreta.

ILlo nos igne in hoc Sacrificio offerendo, fac quæſumus Domine vehementer accendi: quo beata Catharina virgo ſeipſam tibi offerebat jugiter famulari. Per Dominum.

Poſtcommunio.

MAjeſtatem tuam, Domine, ſupplicater exoramus, ut ſicut beatæ Catharinæ Virginis corpus incorruptum ſervâſti: ita nos facias per hæc ſancta quæ ſumpſimus; ab omni culparum labe ſervari. Per Dominum.

DIE XI. MARTII.

S. Franciſcæ Romanæ Viduæ.

Miſſa. Cognovi. *De Com. nec Virg. nec Mart. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui beatam Franciſcam famulam tuam, inter cætera gratiæ tuæ dona, familiari Angeli conſuetudine decorâſti: concede quæſumus; ut interceſſionis ejus auxilio, Angelorum conſortium conſequi mereamur. Per Dominum.

DIE

Die XIII. Martii.

S. Joannis de Deo Confeſſoris.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco. Evang.* Acceſſerunt ad *Jeſum* Phariſæi, *ut in Dom.* XVII. *poſt Pentecoſten. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui beatum Joannem tuo amore ſuccenſum inter flammas innoxium incedere feciſti, & per eum Eccleſiam tuam nova prole fœcundâſti: præſta ipſius ſuffragantibus meritis; ut igne charitatis tuæ vitia noſtra purgentur, & remedia nobis æterna proveniant. Per Dominum.

Die XIV. Martii.

Tranſlatio S. Bonaventuræ Epiſc. Conf. Doct. Ord. Min.

Miſſa ut in ejus die Natali, 14 *Julii. Sine* Credo.

Die XVII. Martii.

S. Patritii Epiſcopi & Confeſſoris.

Miſſa. Statuit. *De Com. Conf. Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus qui ad prædicandam gentibus gloriam tuam beatum Patritium Confeſſorem, atque Pontificem mittere dignatus es: Ejus meritis, & interceſſione concede; ut quæ nobis agenda præcipis, te miſerante adimplere poſſimus. Per Dominum.

Die

Digitized by Google

DIE XVIII. MARTII.

B. Salvatoris ab Horta Conf. Ord. Min.

Miſſa. Juſtus. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco.* *Sine* Credo.

DIE XXII. MARTII.

S. Benvenuti Epiſcopi & Confeſſoris Ord. Min.

Miſſa. Sacerdotes. *De Com. Conf. Pont.* 2. *loco. Dicitur* Credo.

DIE XXIV. MARTII.

S. Gabrielis Archangeli. pro Ord. Min.

Introitus.

PRævenerunt principes conjuncti pſallentibus in medio juvencularum tympaniſtriarum. *Pſal.* Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus: & fugiant qui oderunt eum à facie ejus. Gloria Patri.

ORATIO.

DEus, qui per Archangelum tuum Gabrielem, Salvatorem mundi ſacratiſſimæ Virgini concipiendum nuntiâſti: da ut eundem & mente purâ concipiamus, & fervido imitemur affectu. Qui tecum vivit & regnat, &c.

Lectio libri Apocalypſis Beati Joannis Apoſtoli.

ET ſeptimus Angelus tuba cecinit: & factæ ſunt voces magnæ in cœlo, dicentes: factum eſt regnum hujus mundi, Domini noſtri & CHRISTI ejus, &

Digitized by Google

& regnabit in ſæcula ſæculorum : Amen. Et viginti quatuor ſeniores, qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adoraverunt Deum, dicentes : gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es : qui accepiſti virtutem tuam magnam, & regnâſti. Et apertum eſt templum Dei in Cœlo : & viſa eſt arca teſtamenti in templo ejus. Et ſignum magnum apparuit in cœlo : Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus, corona ſtellarum duodecim : & in utero habens clamabat parturiens, & cruciabatur ut pariat. Et peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea.

Graduale. Attollite portas principes veſtras & elevamini portæ æternales : & introibit Rex gloriæ. *Verſ.* Quis eſt iſte Rex gloriæ ? Dominus fortis & potens : Dominus potens in prælio

Tractus. Ecce vir unus Gabriel veſtitus lineis, & renes ejus accinctus auro obriſo. Et corpus ejus quaſi Chryſolitus, & facies velut ſpecies fulguris. Et oculi ejus ut lampas ardens, & brachia ejus, & quæ deorſum ſunt uſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis : Vox ſermonum ejus quaſi vox multitudinis.

Tempore

Digitized by Google

Tempore Paſchali. Alleluja, alleluja. Miſſus eſt Angelus Gabriel, ad Mariam Virginem deſponſatam Joſeph. Alleluja. *Verſ.* Ecce vir unus Gabriel, quem videram à principio cito volans tetigit me, & docuit me. Alleluja.

Evang. Miſſus eſt: *ut in Feſto Annunt. B. V. Mariæ* 25. *Martii. Dicitur* Credo.

Offertorium. Benedicite Dominum omnes Angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum ejus.

Secreta.

EXaudi Domine preces noſtras, quas per Archangelum tuum Gabrielem mittimus præſentandas, quibus ſuppliciter exoramus: ut & hanc hoſtiam ſalutarem, & per eam nos tibi ſacratos in odorem ſuavitatis ſuſcipias. Per Dominum.

Communio. Ecce Michael unus de Principibus primis venit in adjutorium meum.

Poſtcommunio.

ROborent nos, quæſumus Domine, ſacra quæ ſumpſimus: & favente Archangelo tuo Grabiele, in opere efficaces, & in tuo amore fervidi inveniamur. Per Dominum.

Digitized by Google

DIE XXX. MARTII.

B. Angelæ Fulginatis Vid. 3. *Ordinis*, *Miſſa.* Cognovi. *De com. nec Virg. nec Mart. Sine* Credo.

FESTA APRILIS.

Feria VI. *poſt Dominicam Paſſionis. Septem Dolorum B. Mariæ Virginis.*

Introitus.

STabat juxta Crucem Jeſu Mater ejus, & Soror Matris ejus Maria Cleophæ, & Salome, & Maria Magdalene. *Verſ.* Mulier, ecce filius tuus, dixit Jeſus: ad diſcipulum autem: Ecce Mater tua. *Verſ.* Gloria Patri.

Dicitur Gloria in Excelſis.

ORATIO.

DEus, in cujus Paſſione, ſecundum Simeonis Prophetiam, dulciſſimam animam glorioſæ Virginis & Matris Mariæ doloris gladius pertranſivit: concede propitius; ut qui transfixionem ejus & paſſionem venerando recolimus, glorioſis meritis & precibus omnium Sanctorum Cruci fideliter adſtantium intercedentibus, paſſionis tuæ effectum felicem conſequamur. Qui vivis & regnas.

Lectio

Lectio libri Judith.

BEnedixit te Dominus in virtute ſua, qui per te ad nihilum redegit inimicos. Benedicta es tu a Domino Deo excelſo præ omnibus mulieribus ſuper terram. Benedictus Dominus, qui creavit cœlum & terram; quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum: pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter anguſtias & tribulationes generis tui, ſed ſubveniſti ruinæ ante conſpectum Dei noſtri.

Graduale. Doloroſa & lacrymabilis es virgo Maria, ſtans juxta crucem Domini Jeſu filii tui Redemptoris. Alleluja, Alleluja. *Verſ.* Virgo Dei Genitrix; quem totus non capit orbis, hoc crucis fert ſupplicium vitæ factus homo. Alleluja. *Poſt ſeptuageſimam omiſſo*, Alleluja. *Dicitur Tractus.* Stabat ſancta Maria, cœli Regina, & mundi Domina, juxta crucem Domini noſtri Jeſu Chriſti, doloroſa. *Verſ.* O vos omnes; qui tranſitis per viam attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus.

Digitized by Google

Sequentia dicenda in die feſtivitatis tantum, & non in Miſſis Votivis.

STabat mater doloroſa
Juxta crucem lacrymoſa,
Dum pendebat filius.
Cujus animam gementem,
Contriſtatam & dolentem
Pertranſivit gladius.
O quam triſtis & afflicta
Fuit illa Benedicta
Mater Unigeniti!
Quæ mærebat & dolebat,
Et tremebat, cum videbat
Nati pœnas incliti.
Quis eſt homo qui non fleret
Chriſti matrem ſi videret
In tanto ſupplicio?
Quis poſſet non contriſtari,
Piam Matrem contemplari
Dolentem cum filio?
Pro peccatis ſuæ gentis,
Vidit Jeſum in tormentis
Et flagellis ſubditum.
Vidit ſuum dulcem natum
Morientem deſolatum,
Dum emiſit ſpiritum.
Eia Mater fons amoris,
Me ſentire vim doloris,
Fac ut tecum lugeam.

Fac ut ardeat cor meum,
In amando Chriſtum Deum,
Ut ſibi complaceam.
Sancta mater iſtud agas,
Crucifixi fige plagas
Cordi meo valide.
Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati,
Pœnas mecum divide.
Fac me vere tecum flere
Crucifixo condolere
Donec ego vixero.
Juxta crucem tecum ſtare,
Te libenter ſociare
In planctu deſidero.
Virgo virginum præclara,
Mihi jam non ſis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac ut portem Chriſti mortem,
Paſſionis fac conſortem,
Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari,
Ob amorem filii.
Inflammatus & accenſus,
Per te, virgo, ſim defenſus
In die Judicii.
Fac me cruce cuſtodiri,
Morte Chriſti præmuniri,
Confoveri gratia.

Quando

Quando corpus morietur,
Fac ut animæ donetur
Paradiſi Gloria. Amen.

In Miſſis votivis Temp. Paſchali. Alleluja, Alleluja. Stabat ſancta Maria Cœli Regina, & mundi Domina, juxta crucem Domini noſtri Jeſu, doloroſa. Alleluja. *Verſ.* O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Alleluja.

Sequentia ſancti Evangelii ſecundum Joannem.

IN illo tempore, ſtabant juxta Crucem Jeſu, Mater ejus, & ſoror Matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Jeſus Matrem, & diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit matri ſuæ; Mulier, ecce Filius tuus. Deinde dixit diſcipulo: Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſua. *Dicitur* Credo.

Offertorium. Recordare virgo Mater Dei dum ſteteris in conſpectu Domini, ut loquaris pro nobis bona, & ut avertat indignationem ſuam a nobis.

Secreta.

OFferimus tibi preces & hoſtias, Domine Jeſu Chriſte, humiliter ſupplicantes; ut qui transfixionem dulciſſimi ſpiritus Beatæ Mariæ matris tuæ precibus recenſemus; ſuæ, ſuorumque

 ſub

ſub cruce ſanctorum conſortium multiplicato piiſſimo interventu, meritis mortis tuæ, meritum cum Beatis habeamus. Qui vivis & regnas. &c.

In Præfatione. Et te in Transfixione.

Communio. Felices ſenſus beatæ Mariæ Virginis, qui ſine morte meruerunt Martyrii palmam ſub cruce Domini.

Poſtcommunio.

SAcrificia quæ ſumpſimus, Domine Jeſu Chriſte, Transfixionem Matris tuæ & Virginis devote celebrantes; nobis impetrent apud clementiam tuam omni boni ſalutaris effectum. Qui vivis & regnas.

DIE III. APRILIS.

B. Benedicti à S. Philadelphio Conſ. Ord. Min.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conſ. non Pont. 2. loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui Beatum Benedictum Confeſſorem tuum cœleſtibus donis locupletaſti, eumque in Eccleſiâ tuâ Signis, & Virtutibus clârere feciſti; præſta quæſumus, ut ejus Meritis, & Precibus tua beneficia capiamus. Per Dominum. &c.

DIE IV. APRILIS.

S. Iſidori Epiſcopi Conſ. Doct.

Miſſa. In medio Eccleſiæ. *De Com. Doct. etiam* Oratio. *Dicitur* Credo.

DIE

Digitized by Google

DIE V. APRILIS.

S. Vincentii Ferrerii Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco.* *Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui Eccleſiam tuam Beati Vincentii Confeſſoris tui meritis & prædicatione illuſtrare dignatus es : concede nobis famulis tuis, ut & ipſius inſtruamur exemplis & ab omnibus ejus patrocinio liberemur adverſis. Per Dominum.

DIE XI. APRILIS.

Miſſa. S. Leonis I. Papæ Conf. & Eccleſiæ Doctoris. Ex Decreto *Benedicti XIV.* Die 15. Octobris 1754.

Introitus. Eccl. 15.

IN Medio Eccleſiæ aperuit os ejus : & implevit eum Dominus ſpiritu ſapientiæ, & intellectus : ſtolam gloriæ induit eum. *Pſalm.* 91. Bonum eſt confiteri Domino : & pſallere nomini tuo, Altiſſime. *Verſ.* Gloria Patri.

ORATIO.

EXaudi, quæſumus Domine, preces noſtras, quas in beati Leonis confeſſoris tui atque Pontificis ſolemnitate deferimus : & qui tibi dignè meruit famulari, ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos abſolve peccatis. Per Dominum noſtrum.

Digitized by Google

Lectio Libri Sapientiæ. *Eccl.* 39.

JUſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum: & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuum in oratione: & pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum: & ipſe tamquam imbres emittet eloquia ſapientiæ ſuæ, & in Oratione confitebitur Domino. Et ipſe diriget conſilium ejus & diſciplinam: & in abſconditis ſuis conſiliabitur. Ipſe palàm faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ, & in lege teſtamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi ſapientiam ejus, & uſque in ſæculum non delebitur. Non recedet memoria ejus: & nomen ejus requiretur à generatione in generationem. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem ejus enuntiabit Eccleſia.

Grad. Pſ. 36. Os Juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. *Verſ.* Lex Dei ejus in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus ejus. Alleluja. Alleluja. *Verſ.* Amavit eum Dominus, & ornavit eum: ſtolam gloriæ induit eum. Alleluja.

Poſt Septuageſimam, omiſſo Alleluja, *& verſu ſequenti, dicitur Tractus. Pſ.* 3. Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis. *Verſ.* Potens in terra

terra erit ſemen ejus : Generatio rectorum benedicetur. *Verſ.* Gloria & divitiæ in domo ejus : & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.

Tempore Paſchali omittitur. Graduale, *& ejus loco dicitur.* Alleluja, alleluja. *Verſ. Eccl.* 45. Amavit eum Dominus, & ornavit eum : ſtolam gloriæ induit eum. Alleluja. *Verſ. Oſee.* 14. Juſtus Germinabit ſicut lilium : & florebit in æternum ante Dominum, Alleluja.

Sequentia Sancti Evangelii ſecundum Matthæum. 16. b.

IN illo tempore : Venit Jeſus in partes Cæſareæ Philippi : & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens : Quem dicunt homines eſſe Filium hominis? At illi dixerunt. Alii Joannem Baptiſtam : alii autem Eliam : alii verò Jeremiam : aut unum ex Prophetis. Dicit illis Jeſus. Vos autem quem me eſſe dicitis ? Reſpondens Simon Petrus, dixit. Tu es Chriſtus, Filius Dei vivi. Reſpondens autem Jeſus, dixit ei. Beatus es Simon Barjona : quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus : Et ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam : & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quodcumque ligaveris

Digitized by Google

ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis : & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Credo.

Offertorium. Pſal. 88. Inveni David ſervum meum, oleo ſancto meo unxi eum : manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Secreta.

SAncti Leonis Confeſſoris tui atque Pontificis, quæſumus Domine, annua ſolemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos : ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum noſtrum.

Communio. Matth. 24. Beatus ſervus, quem, cum venerit Dominus, invenerit vigilantem : Amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Poſtcommunio.

DEus, fidelium remunerator animarum : præſta, ut beati Leonis Confeſſoris tui atque Pontificis, cujus venerandam celebramus feſtivitatem, precibus indulgentiam conſequamur. Per Dominum.

DIE XII. APRILIS.

B. Angeli a Clavaſio Conf. Ord. Min.

Miſſa. Os Juſti. *De Comm. Conf. non Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

ORATIO.

DEUS, qui ad expugnandos Eccleſiæ tuæ hoſtes beatum Angelum Confeſſorem tuum invicta animi fortitudine roboraſti: ejus nobis meritis, & interceſſione concede, ut omnium hoſtium ſuperatis inſidiis perpetua pace lætemur. Per Dominum noſtrum.

DIE XIII. APRILIS.

S. Hermenegildi Regis & Martyris.

Miſſa. In Virtute tua. *De Com. unius Martyris non Pont. 1. loco. Evang.* Si quis venit ad me. *De Com. unius Mart. Pont. 1. loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui Beatum Hermenegildum martyrem tuum cœleſti regno terrenum poſtponere docuiſti: da quæſumus nobis, ejus exemplo caduca deſpicere, atque æterna ſectari. Per Dominum.

Secreta.

MUneribus noſtris, quæſumus Domine, precibuſque ſuſceptis; & cœleſtibus nos munda myſteriis, & clementer exaudi. Per Dominum.

Poſtcommunio.

DA, quæſumus Domine Deus noſter, ut, ſicut tuorum commemoratione ſanctorum, temporali gratulamur officio; ita

ita perpetuo lætemur aſpectu. Per Dominum.

Tempore Paſchali Miſſa. Protexiſti. *Ut in Com. Martyrum temp. Paſchali; cum orationibus & Evang. ſupradictis.*

Die XV. Aprilis.

B. Lucii Confeſſoris 3. Ordinis.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont. 2 loco. Sine* Credo.

Die XVI. Aprilis.

S. Raphaelis Archangeli.

Introitus. Benedicite Dominum. *De Miſſa votiva de Angelis.*

ORATIO.

DEus qui Beatum Raphaelem Archangelum Tobiæ famulo tuo comitem dediſti in via : concede nobis famulis tuis ; ut ejuſdem ſemper protegamur cuſtodia, & muniamur auxilio. Per Dominum.

Lectio Libri Tobiæ.

IN diebus illis, dixit Angelus Raphael ad Tobiam : etenim ſacramentum regis abſcondere bonum eſt : Opera autem Dei revelare, & confiteri, honorificum eſt. Bona eſt ergo oratio cum jejunio & eleemoſyna magis quam theſauros auri recondere : Quoniam eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam,

&

Digitized by Google

& vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hoſtes ſunt animæ ſuæ. Manifeſto ergo vobis veritatem, & non abſcondam a vobis occultum ſermonem. Quando orabas cum lacrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit ut tentatio probaret te. Et nunc miſit me Dominus ut curarem te, & Saram uxorem filii tui a dæmonio liberarem. Ego enim ſum Raphael Angelus unus ex ſeptem, qui adſtamus ante Dominum.

Graduale. Tractus, & pro tempore Paſchali, de Miſſa votiva de Angelis, ut ſupra.

Sequentia Sancti Evangelii ſecundum Joannem.

IN illo tempore, erat dies feſtus Judæorum, & aſcendit Jeſus Ieroſolymam. Eſt autem Ieroſolymis probatica piſcina quæ cognominatur Hebraice Bethſaida, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus

in

Digitized by Google

in piſcinam : & movebatur aqua. Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ , ſanus fiebat a quocunque detinebatur infirmitate. *Dicitur* Credo.

Offertorium , & reliqua Miſſa , de eadem votiva de Angelis.

DIE XVIII. APRILIS.

Tranſlatio S. Eliſabeth Vid. 3. Ordinis.

*Miſſa, ut in ejus die natali, .*19 *Novem. Sine* Credo.

DIE XX. APRILIS.

B. Jacobi à Bitettô Conf. Ord. Min.

Miſſa Juſtus. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco. Sine* Credo.

DIE XXI. APRILIS.

S. Anſelmi Epiſ. & Conf. Doctoris.

Miſſa. In medio Eccleſiæ. *De Com. Doct. etiam* Oratio. *Dicitur* Credo.

DIE XXIV. APRILIS.

S. Fidelis a Sigmaringa Mart. Ord. min. Cap.

Miſſa. Protexiſti. *De Com.* 1 *Mart. temp. Paſchali. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui beatum Fidelem ſeraphico ſpiritus ardore ſuccenſum, in veræ fidei propagatione Martyrii palma , & glorioſis miraculis decorare dignatus es : ejus quæſumus meritis & interceſſione,

ita

Digitized by Google

ita nos per gratiam tuam in fide & charitate confirma, ut in ſervitio tuo fideles uſque ad mortem invehiri mereamur. Per Dominum.

Die XXVII. Aprilis.

Tranſlatio S. Paſchalis Baylon Conf. Ord. Min.

Miſſa ut in ejus die Natali, 17. *Maii. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui beatum Paſchalem, inter cætera gratiæ tuæ dona, ſingulari erga ſacratiſſimi Corporis & Sanguinis tui Myſteria dilectione decoraſti, tribue quæſumus, ut qui ejus Tranſlationis memoriam piis affectibus celebramus, ipſius apud te patrociniis adjuvemur. Per Dominum.

Die XXVIII. Aprilis.

Tranſlatio S. Petri de Alcantara Conf. Ord. Min.

Miſſa, ut in ejus die natali 19 *Octobr. Sine* Credo. Oratio *ut ibi.*

Die XXX. Aprilis.

Octava S. Georgii Martyris.

Miſſa ut in ejus Feſto Die 23. *Aprilis.*

Digitized by Google

DOMINICA III. POST PASCHA.

Miſſa Patrocinii S. Joſeph.

Introitus.

ADjutor, & Protector noſter eſt Dominus: In eo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto ejus ſperavimus. Alleluja, alleluja. *Pſalm.* Qui Regis Iſraël, intende: Qui deducis velut ovem Joſeph. *V.* Gloria Patri.

ORATIO.

DEUS, qui ineffabili providentiâ Beatum Joſeph Sanctiſſimæ Genitricis tuæ Sponſum eligere dignatus es: Præſta, quæſumus; ut quem Protectorem veneramur in Terris, interceſſorem habere mereamur in Cœlis. qui vivis & regnas, &c.

Lectio libri Geneſis, Cap. 49.

FIlius accreſcens Joſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum. Sed exaſperaverunt eum, & jurgati ſunt, invideruntque illi habentes jacula. Sedit in forti arcus ejus, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Jacob: inde Paſtor egreſſus eſt, lapis Iſraël. Deus Patris tui erit Adjutor tuus

Digitized by Google

tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus Cœli deſuper, benedictionibus abyſſi jacentis deorſum, benedictionibus uberum, & vulvæ. Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum ejus, donec veniret deſiderium Collium æternorum. Fiant in capite Joſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos.

Alleluja, Alleluja. ℣. De quâcumque tribulatione clamaverint ad me, exaudiam eos: Et ero Protector eorum ſemper. Alleluja. ℣. Fac nos innocuam, Joſeph, decurrere vitam; ſitque tuo ſemper tuta Patrocinio. Alleluja.

Sequentia ſancti Evangelii ſecundum Lucam. Cap. 3.

IN illo tempore: Factum eſt autem cum baptizaretur omnis populus, & Jeſu baptizato, & orante, apertum eſt Cœlum, & deſcendit Spiritus Sanctus corporali ſpecie ſicut Columba in ipſum; & vox de Cœlo facta eſt: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipſe Jeſus erat incipiens quaſi annorum trigintâ, ut putabatur, Filius Joſeph. *Dicitur* Credo.

Offertorium. Lauda Jeruſalem Dominum; quoniam confortavit ſeras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. Alleluja, Alleluja.

Secreta.

SAnctiſſimæ Genitricis tuæ Sponſi Patrocinio ſuffulti rogamus Domine clementiam tuam; ut corda noſtra facias terrena cuncta deſpicere, ac te verum Deum, perfectâ charitate diligere. Qui vivis &c.

Communio.

JAcob autem genuit Joſeph Virum Mariæ: De quâ natus eſt Jeſus qui vocatur Chriſtus. Alleluja, alleluja.

Poſtcommunio.

DIvini muneris fonte refecti, quæſumus Domine Deus noſter: Ut ſicut nos facis Beati Joſeph protectione gaudere; ita ejus meritis, & interceſſione cœleſtis gloriæ facias eſſe participes. Per Dominum.

FESTA MAII.

Feria Secunda Rogationum.

Tranſlatio S. Didaci Conf. Ord. Min. Miſſa ut in ejus die natali die 12. *Novembris. Sine* Credo. Oratio *ut ibi.*

Die IV. Maii.

S. Monicæ Viduæ.

Miſſa, ut hoc die in Miſſali Romano, *Sine* Credo.

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

DEus mœrentium conſolator, & in te ſperantium ſalus, qui Beatæ Monicæ pias lacrymas in converſione filii ſui Auguſtini miſericorditer ſuſcepiſti: da nobis utriuſque interventu; peccata noſtra deplorare, & gratiæ tuæ indulgentiam invenire. Per Dominum.

Die V. Maii.

S. Pii quinti Papæ Confeſſoris.

Miſſa. Statuit. *De Com. Epiſ. & Conf.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui ad conterendos Eccleſiæ tuæ hoſtes, & ad divinum cultum reparandum, beatum Pium quintum Pontificem Maximum eligere dignatus es: fac nos ipſius defendi præſidiis; & ita tuis inhærere obſequiis, ut omnium hoſtium ſuperatis inſidiis, perpetua pace lætemur. Per Dominum.

Die X. Maii.

S. Antonini Epiſc. & Confeſſoris.

Miſſa. Statuit *De Com. Epiſ. & Conf.* 1. *loco. Sine* Credo.

Digitized by Google

ORATIO.

SAncti Antonini Domine Confeſſoris tui, atque Pontificis meritis adjuvemur: ut ſicut te in illo mirabilem prædicamus; ita in nos miſericordem fuiſſe gloriemur. Per Dominum.

Die XI. Maii.

S. Catharinæ Senenſis Virginis.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DA quæſumus omnipotens Deus, ut qui beatæ Catharinæ Virginis tuæ natalitia colimus, & annua ſolemnitate lætemur, & tantæ Virtutis proficiamus exemplo. Per Dominum.

Secreta.

AScendant ad te, Domine, quas in Beatæ Catharinæ ſolemnitate offerimus preces, & hoſtia ſalutaris virgineo fragans odore. Per Dominum.

Poſtcommunio.

ÆTernitatem nobis Domine conferat, qua paſti ſumus, menſa cœleſtis; quæ Beatæ Catharinæ Virginis vitam etiam aluit temporalem. Per Dominum.

Digitized by Google

Die XIII. Maii.

S Petri Regalado Confeſſoris Ord. Min.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Dicitur* Credo. *Per Octavam.*

ORATIO.

DEus, qui dilectum famulum tuum Petrum, carne mortificatum, ad delicias gloriæ tuæ aſſumere dignatus es: concede propitius; ut ad delectationes quæ in dextera tua ſunt uſque in finem, meritis ejus & interceſſione pervenire valeamus. Per Dominum.

Die XVI. Maii.

S. Ubaldi Epiſcopi & Confeſſoris.

Miſſa. Statuit. *De Com. Pont. & Conf.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

AUxilium tuum nobis, Domine, quæſumus placatus impende: & interceſſione Beati Ubaldi Confeſſoris tui atque Pontificis, contra omnes Diaboli Nequitias dexteram ſuper nos tuæ propitiationis extende. Per Dominum.

Item Die XVI. Maii.

S. Joannis Nepomuceni Mart. Ubi celebr.

Miſſa. Lætabitur Juſtus. *De Com. Martyris non Pont.* 2. *loco. etiam Evangelium* nihil eſt opertum. *Sine* Credo.

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

DEus, qui ob invictum beati Joannis ſacramentale ſilentium novâ Eccleſiam tuam Martyrii coronâ decoraſti: Da nobis ejus interceſſione & exemplo linguam caute cuſtodire; ac omnia potius mala, quam animæ detrimentum, in hoc ſæculo tolerare. Per Dominum.

Secreta.

PER hæc tua, Domine, ſacra Myſteria illo nos charitatis igne accendamur; quo inclytus Martyr Joannes eadem peragendo flagrabat. Per Dominum.

Poſtcommunio.

SPiritum, Domine, fortitudinis hæc nobis tribuat menſa cœleſtis: quæ beati Martyris tui Joannis pro ſacramenti honore tentatam conſtantiam, jugiter aluit ad victoriam. Per Dominum.

Si celebretur tempore Paſchali. Miſſa. Protexiſti *Evangelium & Orationes, ut ſupra.*

DIE XVII. MAII.

S. Paſchalis Baylon. Conf. Ord. Min.

Introitus.

IN omni opere dedit confeſſionem ſancto, & excelſo in verbo gloriæ: de omni corde ſuo laudavit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum. Alleluja. Alleluja.

Digitized by Google

Alleluja. *Pſal.* Benedic anima mea Domino : & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto ejus. Gloria Patri.

ORATIO.

DEus, qui beatum Paſchalem Confeſſorem tuum mirifica erga Corporis & Sanguinis tui ſacra myſteria dilectione decoraſti : concede propitius ; ut quam ille ex hoc divino convivio Spiritus percepit pinguedinem, eandem & nos percipere mereamur. Qui vivis & regnas, &c.

Epiſt. Fratres, videte vocationem, *ut in die S. Didaci 12 Nov. finitur per hæc verba,* Qui gloriatur in Domino glorietur.

Tempore Paſchali. Alleluja, Alleluja. Juſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum. Alleluja. Amavit eum Dominus, & ornavit eum ; ſtolam gloriæ induit eum ; & ad portas Paradiſi coronavit eum. Alleluja.

Extra temp. Paſch. Graduale. Domine prævenisti. *Ut in Com. Abbatum. Poſt Septuag. Tract.* Beatus vir. *Ibidem. Evang.* Confiteor tibi Pater. *Ut in die S. P. N. Franciſci 4. Oct. Dicitur* Credo. *per totam Octavam.*

Offertorium. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo, & in nomine meo exaltabitur cornu ejus. Alleluja.

Secreta.

Digitized by Google

Secreta.

ACcepta tibi ſit, Domine, hæc hoſtia placationis, & laudis : & præſta, ut qui tuum jugiter imploramus auxilium, beati Paſchalis interceſſione, quod fideliter petimus , efficaciter conſequamur. Per Dominum

Communio. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Alleluja.

Poſtcommunio.

COrporis tui ſacri, & pretioſi Sanguinis repleti libamine, quæſumus Domine Deus noſter : ut intercedente beato Paſchale Confeſſore tuo ; cœleſtis beatitudinis tribuas nos eſſe conſortes. Qui vivis & regnas. &c.

DIE XVIII. MAII.

Tranſlatio S. Bernardini Conf. Ord. Min.

Miſſa, ut infra in ejus die Natali 20 *Maii. Dicitur* Credo *propter Octavam.*

DIE XIX. MAII.

S. Ivonis Confeſſoris 3. *Ordinis.*

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco. Evang.* Sint lumbi veſtri præcincti. *De Com.* 1. *loco. Dicitur* Credo. *propter Octavam.*

ORA-

Digitized by Google

O R A T I O.

DEus, qui beatum Ivonem Confeſſorem tuum piis operibus, ſignis & virtutibus in Eccleſia tua clarere feciſti: præſta quæſumus; ut ejus meritis & precibus tua beneficia capiamus. Per Dominum.

Die XX. Maii.

S. Bernardini Conf. Ord. Min.

Introitus.

OS juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipſius. *Pſal.* Exultate juſti in Domino: rectos decet collaudatio. Gloria Patri.

O R A T I O.

DOmine JESU, qui beato Bernardino Confeſſori tuo eximium Sancti nominis tui amorem tribuiſti: ejus, quæſumus, meritis & interceſſione, Spiritum nobis tuæ dilectionis benignus infunde. Qui vivis & regnas, in Unitate ejuſdem.

Epiſtola de Com. Abbatum.

Graduale. Os Juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium, lex Dei ejus in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus ejus. Alleluja. Alleluja. Juſtus germinabit ſicut lilium: &

& florebit in æternum ante Dominum. Alleluja.

Pro Tempore Paſchali, Alleluja, Alleluja. Juſtus germinabit ſicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum. Alleluja. Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluja.

Evang. De Com. Abbatum. Dicitur Credo *per Octavam.*

Offertorium. Secreta, Communio & Poſtcommunio. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco.*

Die XXI. Maii.

S. Felicis à Cantalicio Conf. Ord. Min. Capucinorum.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco. pro Com. S. Bernardini* Secreta, & Poſtcommunio. *De Com.* 1. *loco.*

ORATIO.

FAC nos, Domine Jeſu, in Simplicitate & Innocentia cordis noſtri ambulare, quarum amore de ſinu Matris inter beati Felicis Confeſſoris tui brachia deſcendiſti. Qui vivis & regnas &c.

Evang.

Digitized by Google

Evangelium.

Sequentia Sancti Evangelii ſecundum Matthæum. cap. 11. *d.*

IN illo tempore reſpondens Jeſus dixit: Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Ita Pater: quoniam ſic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo. Et nemo novit Filium niſi Pater: neque Patrem quis novit niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis; & ego reficiam vos. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde: Et invenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve. Credo.

DIE XXII. MAII.

S. Petri Cœleſtini Papæ & Confeſſoris.

Miſſa. Statuit. *De Com. Conf. Pont.* 1. *loco. Dicitur* Credo *propter Octavam.*

ORATIO.

DEus, qui beatum Petrum Cœleſtinum ad ſummi Pontificatus apicem ſublimaſti, quique illum humilitati poſtponere docuiſti: concede propitius; ut ejus exemplo cuncta mundi deſpicere, & ad promiſſa humilibus præmia pervenire feliciter mereamur. Per Dominum.

Digitized by Google

Die XXIII. Maii.

S. Venantii Martyris.

Miſſa. Protexiſti. *De Com. Mart. temp. Paſchali. Dicitur* Credo *propter Octavam.*

ORATIO.

DEus, qui hunc diem beati Venantii Martyris tui triumpho conſecraſti: exaudi preces populi tui, & præſta; ut qui ejus merita veneramur, fidei conſtantiam imitemur. Per Dominum.

Secreta.

HAnc oblationem Omnipotens Deus, beati Venantii merita tibi reddant acceptam; ut ipſius ſubſidiis adjuti, gloriæ ejus conſortes efficiamur. Per Dominum.

Poſtcommunio.

SUmpſimus, Domine æternæ vitæ ſacramenta, te humiliter deprecantes: ut beato Venantio martyre tuo pro nobis deprecante, veniam nobis concilient & gratiam. Per Dominum.

Extra Tempus Paſchale. Miſſa. In Virtute tua. *De Com. unius Martyris non Pont.* 1. *loco. Evang.* Nolite arbitrari &c.

Die XXV. Maii.

Tranſlatio S. P. Franciſci Conf. Fund. Ord. Min.

Introitus.

Digitized by Google

Introitus.

MIhi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego Mundo. *Pſal.* Voce mea ad Dominum clamavi: Voce mea ad Dominum deprecatus ſum. Gloria Patri.

Reliqua ut in ejus die Natali 4. *Octobr. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

Die XXVI. Maii.

S. Auguſtini Epiſc. Conf. & Ang. Apoſt.

Miſſa. Sacerdotes. *De Com. Pont. & Conf.* 2. *loco. Evang.* Deſignavit Dominus. *Ut in Feſto S. Marci Evang.* 25. *Aprilis. Dicitur* Credo *per Octavam.*

ORATIO.

DEus qui beatum Auguſtinum Pontificem, primum Doctorem populo conceſſiſti Anglorum: tribue nobis quæſumus; ut cujus merita prædicamus in terris, ejus ſuffragia ſentiamus in cœlis. Per Dominum.

Secreta.

GRata tibi ſint, quæſumus Domine, oblata munera, quibus beati Auguſtini Confeſſoris tui atque Pontificis merita veneramur, & noſtræ pariter recolimus inſignia libertatis & vitæ. Per Dominum.

Digitized by Google

Poſtcommunio.

SAncta tua, quæſumus Domine, quæ pro beati Auguſtini Confeſſoris tui atque Pontificis ſolemnitate libavimus, nos foveant; quibus jugiter ſatiemur, & ſemper deſideremus expleri. Per Dominum.

Hæc omnia ſumuntur ex Miſſali Sariſburienſi.

Die XXVIII. Maii.

S. Philippi Nerii Confeſſoris.

Introitus.

CHaritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per inhabitantem Spiritum ejus in nobis.

Pſalm. Benedic anima mea Domino; & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto ejus. Gloria Patri.

ORATIO.

DEus qui beatum Philippum Confeſſorem tuum ſanctorum tuorum gloria ſublimaſti: concede propitius; ut cujus ſolemnitate lætamur, ejus virtutum proficiamus exemplo. Per Dominum.

Epiſtola. Optavi, & datus eſt. *Ut in Feſto S. Thomæ Aquin. die 7 Martii.*

Graduale. Venite filii audite me, timorem Domini docebo vos. Accedite ad eum & illuminamini, & facies veſtræ non

Digitized by Google

non confundentur. Alleluja, Alleluja. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me. Alleluja.

Pro Tempore Paſchali. Alleluja, alleluja. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudivit me. Alleluja. Concaluit cor meum intra me; & in meditatione mea exardeſcet ignis. Alleluja.

Evangelium. Sint lumbi veſtri præcincti. *De Comm. Conf. non Pont.* I. *loco. Dicitur* Credo *propter Octavam.*

Offertorium. Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilataſti cor meum. Alleluja.

Secreta.

SAcrificiis præſentibus quæſumus Domine intende placatus, & præſta; ut illo nos igne Spiritus ſanctus inflammet, quo beati Philippi cor mirabiliter penetravit. Per Dominum, in unitate ejuſdem.

Communio. Cor meum, & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Alleluja.

Poſtcommunio.

CŒleſtibus Domine paſti deliciis, quæſumus: ut beati Philippi Confeſſoris tui meritis, & imitatione, ſemper eadem per quæ veraciter vivimus, appetamus. Per Dominum.

Die XXIX. Maii.

S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis Virginis.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tantum.* 1. *loco. Dicitur* Credo *propter Octavam.*

ORATIO.

DEus virginitatis amator, qui beatam Mariam Magdalenam virginem tuo amore ſuccenſam cœleſtibus donis deco-raſti: da, ut quam feſtiva celebritate veneramur, puritate & charitate imitemur. Per Dominum.

Die XXX. Maii.

B. Humilianæ de Cerchiis Viduæ. 3. *Ord.*

Miſſa. Cognovi. *De Com. nec Virg. nec Mart. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORATIO.

OMnipotens SempiterneDeus dulcedo cordium, & Prœmium Beatorum, qui Beatam Humilianam tuo amore ſuccenſam ſuaviſſimâ contemplationis dulcedine repleviſti: concede propitiùs; ut ejus meritis, & imitatione tibi jugiter adhærentes, tuæ celſitudinis ſpeciem contemplari perpetuò mereamur. Per Dominum.

Secreta.

SUſcipe Domine Munera quæ in beatæ Humilianæ ſolemnitate deferimus: Cujus nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum.

Poſt-

Digitized by Google

Poſtcommunio.

PRæſta quæſumus Domine, intercedente beata Humiliana : Ut quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum.

DIE XXXI. MAII.

B. Joannis de Prado Mart. Ord. Min.

Miſſa. In Virtute tua. *De Com. unius Mart. non Pont.* 1. *loco. Evang.* Nolite arbitrari &c. *Dicitur* Credo *propter Oct.*

ORATIO.

DEUS, qui contra Mahumeticam pravitatem, beatum Joannem verbi tui præconem eximium effeciſti : concede; ut ſicut ipſe pro tuæ fidei dilatatione Martyrii palmam meruit obtinere, ſic nos ejus interceſſione, fidei noſtræ præmia conſequi mereamur. Per Dominum.

Tempore Paſchali Miſſa. Protexiſti.

FESTA JUNII.

DIE I. JUNII.

S. Gregorii VII. Papæ & Conf.

Miſſa. Statuit. *De Com. Conf. Pont* 1. *loco. Evang.* Vigilate, &c. *Dicitur* Credo. *propter Octav.*

ORATIO.

ORATIO.

DEUS, in te ſperantium fortitudo, qui Beatum Gregorium Confeſſorem tuum atque Pontificem, pro tuenda Eccleſiæ libertate virtute conſtantiæ roboraſti: da nobis ejus exemplo & interceſſione; omnia adverſantia fortiter ſuperare. Per Dominum.

DIE III. JUNII.

B. Andreæ ab Hyſpellô Conf. Ord. Min.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont. 2. loco. Sine* Credo.

ORATIO.

CLementiſſime Deus, qui Beatæ Andreæ Confeſſoris tui, meritis, & interceſſione, aëris ſerenitatem, & pluviam poſcentibus tribuiſti congruentem, mentes noſtras imbre tuæ gratiæ perfunde, ut ſordibus peccatorum abſterſis, perpetuâ vultûs tui hilaritate perfrui mereamur. Per Dominum.

DIE V. JUNII.

B. Pacifici a Ceredanô Conf. Ord. Min.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont. 1. loco. Sine* Credo.

DIE VI. JUNII.

S. Norberti Epiſ. Confeſſoris.

Miſſa. Statuit. *De Com. Pont. & Conf. 1. loco. Sine* Credo.

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

DEUS, qui beatum Norbertum Confeſſorem tuum atque Pontificem, verbi tui præconem eximium effeciſti, & per eum Eccleſiam tuam nova prole fæcundaſti: præſta quæſumus; ut ejuſdem ſuffragantibus meritis, quod ore ſimul & opere docuit, te adjuvante exercere valeamus. Per Dominum.

DIE X. JUNII.

S. Margaritæ Reginæ Scotorum Viduæ.

Miſſa. Cognovi. *De Com. nec Virg. nec Mart. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui beatam Margaritam Scotorum Reginam eximia in pauperes charitate mirabilem effeciſti: da ut ejus interceſſione & exemplo, tua in cordibus noſtris charitas jugiter augeatur. Per Dominum.

DIE XII. JUNII.

B. Guidonis Conf. Ord. Min.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont. 1. loco. etiam Oratio. Evang.* Nolite timere. *De Com. 2. loco. Sine* Credo.

DIE XIII. JUNII.

S. Antonii de Padua Conf. Ord. Min.

Miſſa. In medio Eccleſiæ. *ut in Feſto S. Thomæ de Aquino. 7 Martii.*

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

ECcleſiam tuam, Deus, beati Antonii Confeſſoris tui ſolemnitas votiva lætificet: ut ſpiritualibus ſemper muniatur auxiliis, & gaudiis perfrui mereatur æternis. Per Dominum.

Epiſt. ut ſupra. etiam Graduale addendo poſt. Alleluja, Alleluja. Antoni compar inclyte, noſtri quondam itineris; tu nobis adhuc miſeris, in patria jam prædite, te glorioſo comite nos ora frui ſuperis. Alleluja.

Tract. poſt Sept. Beatus vir. *Ut ſupra. Poſt Paſcha.* Alleluja, Alleluja. Antoni compar, &c.

Juſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante Dominum. Alleluja.

Evang. Vos eſtis ſal. *ut ſupra. dicitur* Credo *per Octavam.*

Offertorium. Veritas mea & miſericordia mea cum ipſo; & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta.

PRæſens oblatio fiat, Domine, populo tuo ſalutaris: pro quo dignatus es Patri tuo te viventem hoſtiam immolare. Qui cum eodem Deo Patre, & Spiritu Sancto vivis.

Com-

Digitized by Google

Communio. Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuper lucratus ſum : Euge ſerve bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam : intra in gaudium Domini tui.

Poſtcommunio.

DIvinis, Domine, muneribus ſatiati, quæſumus : ut beati Antonii Confeſſoris tui meritis glorioſis, ſalutaris victimæ deſideratum ſentiamus effectum. Per Dominum

DIE XV. JUNII.

S. Joannis a S. Facundo Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De* 1. *Com. Conf. non Pont. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus auctor pacis, & amator charitatis, qui beatum Joannem Confeſſorem tuum mirifica diſſidentes componendi gratia decoraſti : ejus meritis, & interceſſione concede ut in tua charitate firmati, nullis a te tentationibus ſeparemur. Per Dominum.

DIE XVIII. JUNII.

Tranſlatio S. Elzearii Conf. 3 *Ord.*

Miſſa, ut in die Natali ejus 27. *Sept. Dicitur* Credo, *propter Octav.*

DIE

Digitized by Google

Die XIX. Junii.

B. Michaëlinæ Piſaurienſis Viduæ. 3. Ordinis.

Miſſa. Cognovi. *De Com. nec Virg. nec Mart. Dicitur* Credo, *propter Octav.*

ORATIO.

DEUS, qui Beatam Michaëlinam à terrenis Solutam affectibus ad amorem tuum diſpoſitione mirabili tranſtuliſti; tribue quæſumus, ut ejus meritis & imitatione, à noxiis cupiditatibus expediti, quæ tibi ſunt placita, liberis mentibus exequamur. Per Dominum.

Die XXI. Junii.

S. Julianæ de Falconeriis Virginis.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tant. 1. loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui Beatam Julianam Virginem tuam extremo morbo laborantem pretioſô Filii tui corpore mirabiliter recreare dignatus es; concede quæſumus, ut, ejus intercedentibus meritis, nos quoque eôdem in mortis agône refecti, ac roborati ad cœleſtem Patriam perducamur. Per eundem Dominum, &c.

Die XXVII. Junii.

In Feſto B. Benvenuti Conf. Ord. Min.

Miſſa. Juſtus. *De Com. Conf. non Pont. 2. loco, etiam* Oratio. *Sine* Credo.

FESTA

FESTA JULII.

DIE VIII. JULII.

S. Eliſabeth Viduæ Reginæ Portugalliæ.

Miſſa. Cognovi Domine. *De Com. nec Virg. nec Mart. Sine* Credo.

ORATIO.

CLementiſſime Deus, qui beatam Eliſabeth Reginam, inter cæteras egregias dotes bellici furoris ſedandi prærogativa decoraſti: da nobis ejus interceſſione; poſt mortalis vitæ, quam ſuppliciter petimus, pacem, ad æterna gaudia pervenire. Per Dominum.

DIE IX. JULII.

B. B. Nicolai & Sociorum Mart. Gorgomienſium Ord. Min.

Miſſa. Intret in conſpectu tuo. *De Com. plur. Mart.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEus, qui beatorum Martyrum tuorum, Nicolai & ſociorum ejus, glorioſum pro fide tua certamen æternitatis laurea decoraſti: concede propitius: ut eorum meritis & imitatione certantes in terris, cum ipſis coronari mereamur in cœlis. Per Dominum.

Digitized by Google

DIE XII. JULII.

S. Joannis Gualberti Abbatis.

Miſſa. Os juſti. *De Com. Abbatum. Evang.* Audiſtis quia dictum eſt : *ex Feria* VI. *poſt* Cineres, *& terminatur ad verba.* Sicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. *Sine* Credo. *Oratio de eodem Com.*

DIE XIV. JULII.

S. Bonaventuræ Epiſ. Confeſſoris & Doct. Ord. Min.

Miſſa, ut in Miſſali Romano, per totum, excepto Offertorio. Inveni David ſervum meum, oleo ſancto meo unxi eum : manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. *Dicitur* Credo, *per Octavam.*

ORATIO.

DEus, qui Eccleſiæ tuæ beatum Bonaventuram Confeſſorem tuum atque Pontificem, Doctorem mirabilem tribuiſti : concede propitius ; ut apud te hunc pium ſemper interceſſorem habere mereatur. Per Dominum.

DIE XV. JULII.

S. Henrici Imperatoris Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſtis. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

DEus, qui hodierna die beatum Henricum Confeſſorem tuum è terreni culmine imperii ad regnum æternum tranſtuliſti : te ſupplices exoramus ; ut ſicut illum, gratiæ tuæ ubertate præventum illecebras ſæculi ſuperare feciſti ; ita nos facias ejus imitatione, mundi hujus blandimenta vitare, & ad te puris mentibus pervenire. Per Dominum.

DIE XVI. JULII.

Miſſa. In Commemoratione Solemni beatæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo.

Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem feſtum celebrantes ſub honore beatæ Mariæ Virginis, de cujus ſolemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. *Pſal.* Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego opera mea regi. ℣. Gloria Patri.

ORATIO.

DEUS, qui beatiſſimæ ſemper Virginis, & Genitricis tuæ Mariæ ſingulari titulo Carmeli Ordinem decoraſti : concede propitius ; ut cujus hodie Commemorationem ſolemni celebramus officio, ejus muniti præſidiis, ad gaudia ſempiterna pervenire mereamur. Qui vivis & regnas.

Digitized by Google

Lectio libri Sapientiæ.

EGO quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hereditas mea ſuper mel & favum. Memoria mea in generationes ſæculorum. Qui edunt me, adhuc eſurient; & qui bibunt me, adhuc ſitient. Qui audit me, non confundetur, & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Graduale. Benedicta & venerabilis es virgo Maria, quæ ſine tactu pudoris inventa es Mater Salvatoris. *V.* Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit Orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alleluja, Alleluja. *V.* Per te, Dei Genitrix, nobis eſt vita perdita data: quæ de cœlo ſuſcepiſti prolem: & mundo genuiſti Salvatorem. Alleluja.

Sequentia ſancti Evangelii ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Loquente Jeſu ad turbas extollens vocem quædam mulier

lier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, que ſuxiſti. At illi dixit: Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Credo.

Offertorium. Recordare Virgo Mater, in conſpectu Dei, ut loquaris pro nobis bona, & avertas indignationem ſuam a nobis.

Secreta.

SAnctifica, Domine quæſumus, oblata libamina: & beatæ Dei genitricis Mariæ ſaluberrima interceſſione, nobis ſalutaria fore concede. Per eundem Dominum noſtrum.

In Præf. Et te in Commemoratione beatæ Mariæ.

Communio. Regina mundi digniſſima Maria; virgo perpetua: intercede pro noſtra pace & ſalute; quæ genuiſti Chriſtum Dominum Salvatorem omnium.

Poſtcommunio.

ADjuvet nos, quæſumus Domine, glorioſæ tuæ genitricis, ſemperque Virginis Mariæ interceſſio veneranda; ut quos perpetuis cumulavit beneficiis, a cunctis periculis abſolutos, tua faciat pietate concordes. Qui vivis & regnas.

Digitized by Google

Lectio libri Sapientiæ.

EGO quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hereditas mea ſuper mel & favum. Memoria mea in generationes ſæculorum. Qui edunt me, adhuc eſurient; & qui bibunt me, adhuc ſitient. Qui audit me, non confundetur, & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Graduale. Benedicta & venerabilis es virgo Maria, quæ ſine tactu pudoris inventa es Mater Salvatoris. ℣. Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit Orbis, in tua ſe clauſit viſcera factus homo. Alleluja, Alleluja. ℣. Per te, Dei Genitrix, nobis eſt vita perdita data: quæ de cœlo ſuſcepiſti prolem: & mundo genuiſti Salvatorem. Alleluja.

Sequentia ſancti Evangelii ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Loquente Jeſu ad turbas extollens vocem quædam mulier

lier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, que ſuxiſti. At illi dixit: Quinimmo beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud. Credo.

Offertorium. Recordare Virgo Mater, in conſpectu Dei, ut loquaris pro nobis bona, & avertas indignationem ſuam a nobis.

Secreta.

SAnctifica, Domine quæſumus, oblata libamina: & beatæ Dei genitricis Mariæ ſaluberrima interceſſione, nobis ſalutaria fore concede. Per eundem Dominum noſtrum.

In Præf. Et te in Commemoratione beatæ Mariæ.

Communio. Regina mundi digniſſima Maria; virgo perpetua: intercede pro noſtra pace & ſalute; quæ genuiſti Chriſtum Dominum Salvatorem omnium.

Poſtcommunio.

ADjuvet nos, quæſumus Domine, glorioſæ tuæ genitricis, ſemperque Virginis Mariæ interceſſio veneranda; ut quos perpetuis cumulavit beneficiis, a cunctis periculis abſolutos, tua faciat pietate concordes. Qui vivis & regnas.

DIE XVII. JULII.

S. Alexii Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti &c. *ut in Miſſali Rom.* *Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Alexium Confeſſorem tuum in mundi contemptu mirabilem effeciſti; præſta quæſumus, ut interceſſionis ejus auxilio, Fideles tui terrena deſpiciant & ad cœleſtia ſemper aſpirent. Per Dominum.

DIE XVIII. JULII.

B. Simonis à Lipnica Conf. Ord. Min.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont. 2. loco. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui beatum Simonem Confeſſorem tuum Evangelicæ Prædicationis gratia ſublimaſti: Concede propitius; ut ejus ſalutaris Doctrinæ pabulo nutriti, quæ tibi ſunt placita exequentes per ſemitas juſtitiæ ad cœleſtem Patriam feliciter pervenire valeamus. Per Dominum.

DIE XIX. JULII.

B. Joannis de Duklà Conf. Ord. Min.

Miſſa. Os juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Evang.* Nolite timere. *Dicitur* Credo, *propter Octav.*

ORA-

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Joannem Confeſſorem tuum eximiæ humilitatis, & patientiæ donis decoraſti : Concede propitius, ut ejuſdem imitantes exempla, conſequamur & præmia. Per Dominum.

DIE XX. JULII.

S. Margaritæ Virg. & Martyris.

Miſſa. Me expectaverunt. *De Com. Virg. & Mart. 2. loco. etiam Oratio. Dicitur* Credo, *propter Octav.*

DIE XXIV. JULII.

S. Franciſci Solani Conf. Ord. Minorum.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont. 1 loco.*

ORATIO.

DEUS, qui plurimas Americæ Gentes per Beatum Franciſcum ad Sinum Eccleſiæ perduxiſti, ejus meritis, & precibus indignationem tuam à peccatis noſtris averte ; & in Gentes, quæ te non cognoverunt, timorem nominis tui benignùs immitte. Per Dominum.

Evangelium. Euntes in mundum univerſum &c. *Ut in Feſto SS. Cyriaci &c. 8. Auguſti. Dicitur* Credo, *propter Oct.*

DIE XXVII. JULII.

B. Cunegundis Virg. Ord. S. Claræ.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. 1. loco. Dicitur* Credo, *propter Octav.*

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

DEus, qui beatam Cunegundem dulcedinis tuæ benedictionibus prævenisti, ac virginem etiam in conjugio conſervaſti: præſta quæſumus; ut ipſa intercedente, per vitæ puritatem tibi jugiter adhærere, & per ejus veſtigia gradientes ad te pervenire feliciter mereamur. Per Dominum.

DIE XXX. JULII.

S. Vincentii à Paulo Conf.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *Evangel.* Deſignavit. *De Com. Evangeliſtarum. Dicitur* Credo, *propter Octav.*

ORATIO.

DEUS, qui ad Evangelizandum pauperibus, & Eccleſiaſtici Ordinis decorem promovendum, Beatum Vincentium Apoſtolica Virtute roboraſti: præſta quæſumus, ut cujus pia merita veneramur, virtutum quoque inſtruamur exemplis. Per Dominum, &c.

FESTA AUGUSTI.

DIE II. AUGUSTI.

Dedicatio Eccleſiæ S. Mariæ Angelorum apud Aſſiſium.

Miſſa. *De Com. Dedicationis Eccleſiæ. Dicitur* Credo.

DIE

Digitized by Google

DIE IV. AUGUSTI.

S. P. Dominici Confeſſoris.

Miſſa. *Quæ habetur in Miſſali Romano. Dicitur* Credo, *per Octav.*

DIE VII. AUGUSTI.

S. Cajetani Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Evang.* Nemo poteſt duobus Dominis ſervire. *Ut in Dominica* XIV. *poſt Pentecoſten. Dicitur* Credo, *propter Octav.*

ORATIO.

DEus, qui beato Cajetano Confeſſori tuo Apoſtolicam vivendi formam imitari tribuiſti: da nobis ejus interceſſione, & exemplo; in te ſemper confidere, & ſola cœleſtia deſiderare. Per Dominum.

DIE IX. AUGUSTI.

S. Ignatii Confeſſoris.

Introitus. In nomine Jeſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia Dominus Jeſus Chriſtus in Gloria eſt Dei Patris. *Pſal.* Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices juſto. Gloria Patri.

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

DEus, qui ad majorem tui nominis Gloriam propagandam, novo per beatum Ignatium ſubſidio militantem Eccleſiam roboràſti: concede; ut ejus auxilio & imitatione certantes in terris, coronari cum ipſo mereamur in cœlis. Qui vivis & regnas.

Epiſtola. Chariſſime, Memor eſto. *De Com. Mart. non Pont.* 2. *loco.*

Evangelium. Deſignavit Dominus. *Ut in Feſto S. Marci Evang. die* 25 *Aprilis. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

Offertorium. Veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Secreta.

ADſint, Domine Deus, oblationibus noſtris ſancti Ignatii benigna ſuffragia: ut ſacroſancta myſteria, in quibus omnis ſanctitatis fontem conſtituiſti, nos quoque in veritate ſanctificent. Per Dominum.

Communio. Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi ut accendatur.

Poſtcommunio.

LAudis hoſtia, Domine, quam pro ſancto Ignatio gratias agentes obtulimus; ad perpetuam nos Majeſtatis tuæ laudationem, ejus interceſſione perducat. Per Dominum.

Die

Digitized by Google

Die XII. Augusti.

S. Claræ Virg. 2. Ord. Primiceriæ.

Miſſa. Vultum tuum. *De Com. Virg. 2. loco. exceptis his quæ ſequuntur.*

ORATIO.

FAmulos tuos, quæſumus Domine, beatæ Virginis tuæ Claræ votiva natalitia recenſentes, cœleſtium gaudiorum ſua facias interventione participes, & tui Unigeniti cohæredes. Qui tecum vivit & regnat.

Evang. de 10. *Virginibus. Dicitur* Credo. *propter Octavam.*

Secreta.

OBlata tibi, quæſumus Domine, dona Sanctifica; quæ Majeſtati tuæ accepta faciat beatæ Virginis tuæ Claræ interceſſio veneranda. Per Dominum.

Communio. Quinque prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt: ecce ſponſus venit, exite obviam Chriſto Domino.

Poſtcommunio.

PRotegant, quæſumus Domine, plebem tuam, glorioſæ Virginis tuæ Claræ continuata præſidia, & ſumpta pro illius gloria Corporis tui ſacri, & pretioſi Sanguinis Sacramenta. Qui vivis & regnas.

Die

Die XIII. Augusti.

B. Petri à Moliano Confeſſoris, Ord. Min.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Dicitur* Credo. *propter Oct.*

Die XIV. Augusti.

In Feſto Sancti Camilli de Lellis Conf. Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis Fundatoris.

Miſſa. Ex Decreto *SS. D. N. Clementis* XIII. *die* 15 *Decembris* 1762.

Introitus.

MAjorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. *Pſalm.* Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. *Verſ.* Gloria Patri.

ORATIO.

DEUS, qui ſanctum Camillum ad animarum in extremo agone luctantium ſubſidium ſingulari charitatis prærogativa decoraſti: ejus, quæſumus, meritis ſpiritum nobis tuæ dilectionis infunde, ut in hora exitus noſtri hoſtem vincere, & ad cœleſtem mereamur coronam pervenire. Per Dominum noſtrum. In unitate ejuſdem ſpiritus, &c.

Lectio Epiſtolæ beati Joannis Apoſt. i. c. iii.

CHariſſimi, nolite mirari, ſi odit vos mundus. Nos ſcimus, quoniam tranſlati

Digitized by Google

tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte: omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Et ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſemetipſo manentem. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate.

Graduale. Os juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium. *Verſ.* Lex Dei ejus in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus ejus, Alleluja, Alleluja. *Verſ.* Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis, Alleluja.

Poſt Septuageſimam omiſſis Alleluja & Verſ. Sequenti Dicitur.

Tractus. Beatus vir, qui timet Dominum: In mandatis ejus cupit nimis. *Verſ.* Potens in terra erit ſemen ejus: generatio rectorum benedicetur. *Verſ.* Gloria & divitiæ in domo ejus, & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.

H *Tempore*

Digitized by Google

Tempore Paſchali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur.

Alleluja, alleluja. *Verſ.* Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit nimis, Alleluja. *Verſ.* Juſtus germinabit ſicut lilium: & florebit in æternum ante Dominum, Alleluja.

Sequentia Sancti Evangelii ſecundum Joannem c. 15. *v.* 12.

IN illo tempore: dixit Jeſus diſcipulis ſuis hoc eſt præceptum meum, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. Jam non dicam vos ſervos: quia ſervus neſcit quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos; quia omnia quæcumque audivi a patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegiſtis; ſed ego elegi vos, & poſui vos ut eatis, & fructum afferatis; & fructus veſter maneat; ut quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.

Offertorium. In virtute tua Domine lætabitur juſtus, & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer: deſiderium animæ ejus tribuiſti ei.

Secreta.

HOſtia immaculata, qua illud Domini noſtri Jeſu Chriſti immenſæ charitatis

tatis opus renovamus, ſancto Camillo intercedente, ſit contra omnes corporis, & animæ infirmitates ſalutare remedium, & in extremo agone ſolatium, & tutela. Per eundem Dominum noſtrum.

Communio.

Infirmus fui, & viſitaſti me: amen, amen dico vobis, quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.

Poſtcommunio.

PER hæc cœleſtia alimenta, quæ ſancti Camilli confeſſoris tui ſolemnia celebrantes, pia devotione ſuſcepimus, da quæſumus Domine, ut in hora mortis noſtræ ſacramentis refecti, & culpis omnibus expiati, in ſinum miſericordiæ tuæ læti ſuſcipi mereamur. Qui vivis & regnas.

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASSUMPTIONIS S. M. V.

S. Joachim Conf. Patris ejuſdem B. V. Mariæ.

Introitus. Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi: cornu ejus exaltabitur in gloria. *Pſal.* Beatus Vir qui timet Dominum: In mandatis ejus cupit nimis. Gloria Patri.

Digitized by Google

ORATIO.

DEUS, qui præ omnibus ſanctis tuis Beatum Joachim genitricis filii tui patrem eſſe voluiſti : concede quæſumus ; ut cujus feſta veneramur, ejus quoque perpetuo patrocinia ſentiamus. Per eundem Dominum.

Epiſt. de Comm. Conf. non Pont. 1. *loco.*

Beatus Vir, qui inventus eſt ſine macula.

Graduale. Diſperſit, dedit pauperibus: Juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. *Verſ.* Potens in terra erit ſemen ejus: Generatio rectorum benedicetur.

Alleluja, Alleluja. *Verſ.* O Joachim, ſancte conjux Annæ, Pater almæ Virginis, hic famulis confer ſalutis opem. Alleluja.

Poſt Septuageſimam omiſſo Alleluja, *& Verſu ſequenti, dicitur.*

Tractus. Beatus Vir qui timet Dominum : In mandatis ejus cupit nimis. *Verſ.* Gloria & divitiæ in domo ejus : & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. *Verſ.* O Joachim, ſancte conjux Annæ, pater almæ virginis, hic famulis confer ſalutis opem.

Poſt Paſcha. Alleluja, Alleluja. *Verſ.* Potens in terra erit ſemen ejus : Generatio rectorum benedicetur. Alleluja. *Verſ.* Juſtus germinabit ſicut lilium : & florebit

Digitized by Google

florebit in æternum ante Dominum. Alleluja. *Evangelium.* Liber generationis Jeſu Chriſti : *ut in feſto Nativitatis B. Mariæ Virg. Die* 8 *Sept. Dicitur* Credo. *In Dominica. Offertorium.* Gloria & honore coronâſti eum : & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum, Domine.

Secreta.

SUſcipe, clementiſſime Deus, ſacrificium in honorem ſancti Patriarchæ Joachim Patris Mariæ Virginis, Majeſtati tuæ oblatum : ut ipſo cum conjuge ſua & beatiſſima prole intercedente ; perfectam conſequi mereamur remiſſionem peccatorum, & gloriam ſempiternam. Per Dominum.

Communio. Fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam ; ut det illis in tempore tritici menſuram.

Poſtcommunio.

QUæſumus, Omnipotens Deus : ut per hæc ſacramenta quæ ſumpſimus, intercedentibus meritis & precibus Beati Joachim patris genitricis dilecti filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti ; tuæ gratiæ in præſenti, & æternæ gloriæ in futuro participes eſſe mereamur. Per eundem Dominum.

Digitized by Google

Die XVI. Augusti.

S. Rochi Confeſſoris 3. Ordinis.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Dicitur* Credo.

ORATIO.

DEus, qui beato Rocho per Angelum tuum, tabulam eidem afferentem promiſiſti, ut qui ipſum invocaverit a nullo peſtis cruciatu læderetur: præſta quæſumus; ut qui ejus memoriam agimus, ipſius meritis & precibus a mortifera peſte corporis & animæ liberemur. Per Dominum.

Die XVIII. Augusti.

B. Claræ De Monte Falcone Virg. 3. Ordinis.

Miſſa: Dilexiſti. *De Com. Virg.* 1. *loco. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

Die XIX. Augusti.

S. Ludovici Epiſc. Toloſani Conf. Ord. Minorum.

Miſſa. Statuit ei Dominus, *ut in Com. Conf. Pont.* 1. *loco.*

ORATIO.

DEUS, qui Eccleſiam tuam diſpoſitione mirabili novis ſemper illuſtras Sanctorum ſplendoribus: tribue quæſumus; ut qui beati Ludovici Confeſſoris tui

tui atque Pontificis ſolemniis gratulamur, ad ejus conſortium feliciter perducamur. Per Dominum.

Graduale, ut ſupra. Alleluja, Alleluja.

Roſa vernans charitatis, lilium virginitatis, ſtella fulgens Ludovicus, vas ſanctitatis, ora pro nobis Dominum. Alleluja.

Poſt Sept. Tractus. Beatus vir, *ut ſupra, Tempore Paſchali.* Alleluja. Alleluja. Roſa vernans, &c. Alleluja. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Alleluja.

Evang. Vigilate. *De 2 Com. Dicitur* Credo *per Octavam. Offertorium.* Inveni David.

Secreta.

SAcrificia, Domine, quæ in honore Sancti Ludovici Confeſſoris tui atque Pontificis, tuæ offerimus majeſtati, nobis ſint ad ſalutem efficacia, & tuæ placita pietati. Per Dominum.

Communio. Beatus ſervus, quem cum venerit Dominus, invenerit vigilantem: Amen dico vobis, ſuper omnia bona ſua conſtituet eum.

Poſtcommunio.

IMmenſam clementiam tuam, omnipotens Deus, ſuppliciter exoramus: ut intercedente beato Ludovico Confeſſore

ſore tuo atque Pontifice, per hæc Sancta quæ ſumpſimus, cuncta nobis adverſantia, te adjuvante, vincamus. Per Dominum.

Die XXI. Auguſti.
S. Hyacinthi Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. etiam Oratio. Dicitur* Credo *propter Octav.*

Die XXIII. Auguſti.
S. Philippi Benitii Confeſſoris.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORATIO.

DEUS, qui per beatum Philippum Confeſſorem tuum eximium nobis humilitatis exemplum tribuiſti: da famulis tuis proſpera mundi ex ejus imitatione deſpicere, & cœleſtia ſemper inquirere. Per Dominum.

Die XXV. Auguſti.
S. Ludovici Regis Confeſſoris 3 Ordinis.

Miſſa. Ut habetur hac die in Miſſali Romano. Dicitur Credo.

Die XXX. Auguſti.
S. Helenæ Imperatricis Viduæ.

Introitus.

Digitized by Google

Introitus.

MIhi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri JESU Chriſti ; per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. *Pſalm.* Virga tua & baculus tuus : Ipſa me conſolata ſunt. *Verſ.* Gloria Patri.

ORATIO.

DOmine Jeſu Chriſte, qui locum, ubi crux tua latebat, beatæ Helenæ revelaſti, ut per eam Eccleſiam tuam hoc pretioſo Theſauro ditares : ejus nobis interceſſione concede ; ut vitalis ligni pretio, æternæ vitæ prœmia conſequamur. Qui vivis & regnas.

Epiſt. Mulierem fortem. *De Com. nec Virg. nec Mart.*

Graduale. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis, filiæ Regum in honore tuo. *V.* Adducentur Regi Virgines poſt eam, proximæ ejus afferentur tibi : Afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis. Alleluja, Alleluja. *V.* Diſperſit dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi. Alleluja.

Evang. Simile eſt Regnum Cœlorum theſauro &c. *De Com. nec Virg. nec Mart. Sine* Credo.

Offertorium. Non enim judicavi me ſcire aliud, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. *Secreta.*

Digitized by Google

Secreta.

PER hæc ſacra myſteria concede nobis Domine: Ut ſicut beatæ Helenæ miſericorditer tribuiſti ut filium tuum crucifixum in corde ſemper geſtaret; ita & nos eum in cordibus noſtris perpetuò deferamus. Qui vivis & regnas.

Communio. Aſcendam in Palmam & apprehendam fructus ejus.

Poſtcommunio.

COncede nobis miſericors Deus, ut qui ſalutiferæ Crucis tuæ fructu in terra ſumus recreati: Per interceſſionem beatæ Helenæ eodem jugiter perfrui mereamur in Cœlis. Qui vivis & regnas.

Die XXXI. Augusti.

S. Raymundi Nonnati Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui in liberandis fidelibus tuis ab impiorum captivitate, beatum Raymundum Confeſſorem tuum, mirabilem effeciſti: ejus nobis interceſſione concede; ut a peccatorum vinculis abſoluti, quæ tibi ſunt placita liberis mentibus exequamur. Per Dominum.

FESTA

Digitized by Google

FESTA SEPTEMBRIS.

DIE I. SEPTEMBRIS.

B. Iſabellæ Virginis 3. *Ord.*

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg.* 1. *loco. Sine* Credo.

DIE II. SEPTEMBRIS.

S. Stephani Regis Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco.*

Evang. Homo quidam nobilis. *De Com.* 3. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

COncede quæſumus Eccleſiæ tuæ omnipotens Deus: Ut beatum Stephanum Confeſſorem tuum, quem regnantem in terris propagatorem habuit, propugnatorem habere mereatur glorioſum in cœlis. Per Dominum.

Secreta.

REſpice quas offerimus hoſtias omnipotens Deus; & præſta, ut qui paſſionis Dominicæ Myſteria celebramus, imitemur quod agimus. Per Dominum.

Poſtcommunio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: ut beati Stephani Confeſſoris tui fidem congrua devotione ſectemur; qui pro

Digitized by Google

pro ejuſdem fidei dilatatione, de terreno regno ad cœleſtis regni gloriam meruit pervenire. Per Dominum.

Die III. Septembris.

BB. Joannis & Petri Mart. Ord. Min.

Miſſa. Intret in conſpectu tuo. *De Com. plurim. Mart.* 1. *loco. Verſus poſt Grad.* Hæc eſt vera fraternitas. *Ut in Feſto SS. Berardi & Soc.* 16 *Januarii. Sine* Credo.

Die IV. Septembris.

Tranſlatio S. Roſæ Virginis Viterbienſis, 3 Ordinis.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg.* 1. *loco. Dicitur* Credo, *per Octavam.*

ORATIO.

DEUS, qui beatam Roſam Sanctarum tuarum Virginum collegio aggregare dignatus es: tribue nobis quæſumus; ut ejus precibus & meritis, a culpis omnibus expiemur, & tuæ majeſtatis conſortio perfruamur æterno. Per Dominum.

Die V. Septembris.

S. Roſæ Limanæ Virginis.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg.* 1 *loco. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORATIO.

ORATIO.

BOnorum omnium Largitor omnipotens Deus, qui beatam Roſam, cœleſtis gratiæ rore præventam, virginitatis & patientiæ decore Indis floreſcere voluiſti: da nobis famulis tuis, ut in odorem ſuavitatis ejus currentes, Chriſti bonus odor effici mereamur. Per Dominum.

DIE VI. SEPTEMBRIS.

S. Laurentii Juſtiniani Epiſ. & Conf.

Miſſa. Statuit. *De Com. Conf. Pont.* 1. *loco. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

DIE DOMINICA *infra Oct. Nativitatis B. Mariæ Virginis.*

S. S. Nominis B. Mariæ Virginis.

Introitus. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: adducentur Regi virgines poſt eam, proximæ ejus adducentur tibi in lætitia, & exultatione. *Pſal.* Eructavit cor meum verbum bonum: Dico ego opera mea Regi. Gloria Patri.

ORATIO.

COncede, quæſumus omnipotens Deus, ut fideles tui, qui ſub ſanctiſſimæ Virginis Mariæ Nomine & protectione lætantur: ejus pia interceſſione, a cunctis malis liberentur in terris, & ad gaudia æterna pervenire mereantur in cœlis. Per Dominum.

Lectio Libri Sapientiæ.

EGo quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris : & flores mei fructus honoris, & honeſtatis. Ego Mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. In me gratia omnis viæ, & veritatis ; in me omnis ſpes vitæ, & virtutis. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & a generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & favum. Memoria mea in generationes ſæculorum. Qui edunt me, adhuc eſurient : & qui bibunt me, adhuc ſitient. Qui audit me, non confundetur, & qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

Graduale. Benedicta & venerabilis. *De Miſſa votiva S. Mariæ poſt Pentecoſten.*

Evangelium. Miſſus eſt Angelus Gabriel. *Ut in feſto Annuntiationis B. Mariæ Virginis* 25. *Martii. Dicitur* Credo. *Offertorium, Secreta, Communio, & Poſtcommunio de eadem votiva S. Mariæ poſt Pentecoſten.*

In Præfatione. Et te in feſtivitate.

DIE IX. SEPTEMBRIS.

B. Seraphinæ Sfortiæ Viduæ. Ord. S. Claræ.

Miſſa.

Miſſa. Cognovi. *De Com. Vid. &* *dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORATIO.

DEUS, qui per beatam Seraphinam eximium nobis patientiæ exemplum tribuiſti: præſta ſupplicibus tuis, ut & ipſius inſtruamur exemplis, & ab omnibus ejus patrocinio liberemur adverſis. Per Dominum.

DIE XVII. SEPTEMBRIS.

Impreſſionis ſacrorum Stigmatum S. P. Franciſci.

Introitus.

MIhi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo. *Pſal.* Voce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum deprecatus ſum. Gloria Patri.

ORATIO.

DOmine JESU CHRISTE, qui frigeſcente mundo, ad inflammandum corda noſtra tui amoris igne, in carne beatiſſimi Patris noſtri FRANCISCI Paſſionis tuæ ſacra Stigmata renovaſti: concede propitius; ut ejus meritis & precibus crucem jugiter feramus, & dignos fructus pœnitentiæ faciamus. Qui vivis & regnas.

Digitized by Google

Epiſtola. Fratres, mihi autem abſit. *Ut in die Natali ejus 4. Octobr. Graduale.* Os Juſti. *Ibidem.* Alleluja, Alleluja.

Chriſto confixus ſum cruci: vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Alleluja.

Poſt Sept. Tractus. Deſiderium: *ut in Com. unius Mart. non Pont. 1. loco.*

Tempore Paſchali. Alleluja, Alleluja. Chriſto confixus ſum cruci: vivo ego jam non ego, vivit vero in me Chriſtus. Alleluja. Franciſcus pauper & humilis, cœlum dives ingreditur, hymnis cœleſtibus honoratur. Alleluja.

Evang. Si quis vult poſt me venire. *Ut in Com. unius Mart. 2. loco. Dicitur* Credo.

Offertorium. Deſiderium animæ ejus tribuiſti ei Domine, & voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum: poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo.

Secreta.

ADſit nobis, quæſumus Domine JESU CHRISTE, Beatiſſimi Patris noſtri FRANCISCI pia, humilis & devota ſupplicatio: in cujus carne, prærogativa mirabili, paſſionis tuæ ſacra Stigmata renovaſti; & præſta, ut virtute præſentis oblationis tuæ paſſionis circa nos beneficia jugiter ſentiamus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Præ-

Digitized by Google

Præfatio, ut in die natali ejus.

Communio. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Poſtcommunio.

DEUS, qui mira crucis myſteria in Beato P. FRANCISCO Confeſſore tuo multiformiter demonſtraſti: da nobis, quæſumus; devotionis ſuæ ſemper exempla ſectari, & aſſidua ejuſdem crucis meditatione muniri. Per Dominum.

DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

B. Joſephi à Cupertino Conf. Ord. Min. Convent.

Miſſa. Os juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui ad unigenitum Filium tuum exaltatum a terra omnia trahere diſpoſuiſti: perfice propitius, ut meritis & exemplo Seraphici Confeſſoris tui Joſephi, ſupra terrenas cupiditates elevati, ad eum pervenire mereamur. Qui tecum vivit.

DIE XX. SEPTEMBRIS.

S. S. Euſtachii & ſociorum Martyrum.

Miſſa. Sapientiam. *De Com. plur. Mart.* 2. *loco. etiam Oratio. Sine* Credo.

Digitized by Google

DIE XXII. SEPTEMBRIS.

S. Thomæ de Villa Nova Epiſc. & Conf.

Miſſa. Statuit ei Dominus. *De Com. Pont. & Conf.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui beatum Thomam Pontificem inſignis in pauperes miſericordiæ virtute decoraſti: quæſumus; ut ejus interceſſione, in omnes qui te deprecantur divitias miſericordiæ tuæ benignus infundas. Per Dominum.

DIE XXIV. SEPTEMBRIS.

B. Mariæ Virginis de Mercede.

Miſſa. Salve Sancta Parens. *Ut in votivis B. Mariæ a Pentecoſte uſque ad Adventum. Dicitur* Credo.

Præfatio de S. Maria. Et te in feſtivitate.

ORATIO.

DEUS, qui per glorioſiſſimam filii tui Matrem, ad liberandos Chriſti fideles a poteſtate Paganorum nova Eccleſiam tuam prole amplificare dignatus es: præſta quæſumus: ut quam pie veneramur tanti operis Inſtitutricem, ejus pariter meritis & interceſſione a peccatis omnibus, & captivitate Dæmonis liberemur. Per eundum Dominum.

DIE

Digitized by Google

Die XXVI. Septembris.

B. Luciæ Virginis 3. Ordinis.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg.* 1. *loco. Sine* Credo.

Die XXVII. Septembris.

S. Elzearii Confeſſoris 3. Ordinis.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Evang.* Nolite timere. *de eodem Com.* 2. *loco. Dicitur* Credo.

ORATIO.

DEus, qui beatum Elzearium Confeſſorem tuum inter cætera virtutum inſignia virginali pudicitia in conjugio decoraſti: concede propitius; ut cujus feſtivitatem celebriter veneramur in terris, ejus beata conſortia feliciter conſequamur in cœlis. Per Dominum.

Die XXVIII. Septembris.

B. Bernardini Filtrenſis Conf. Ord. Minorum.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

FESTA OCTOBRIS.

Dominica Prima *Octobris.*

Solemnitas Roſarii B. Mariæ Virginis.

Miſſa

Miſſa. Salve ſancta Parens. *Ut in votivis S. Mariæ a Pentecoſte uſque ad Adventum. Dicitur* Credo.

In Præfatione. Et te in Solemnitate.

ORATIO.

DEus, cujus Unigenitus, per vitam, mortem, & reſurrectionem ſuam, nobis ſalutis æternæ prœmia comparavit: concede quæſumus; ut hæc myſteria ſanctiſſimo beatæ Mariæ virginis Roſario recolentes, & imitemur quod continent, & quod promittunt aſſequamur. Per eundem Dominum.

Secreta.

FAc nos, quæſumus Domine, his muneribus offerendis convenienter aptari; & per ſanctiſſimi Roſarii Myſteria, ſic vitam, paſſionem & gloriam Unigeniti tui recolere, ut ejus digni promiſſionibus efficiamur. Per eundum Dominum.

Poſtcommunio.

SAnctiſſimæ Genitricis tuæ, cujus Roſarium celebramus, quæſumus Domine precibus adjuvemur; ut & Myſteriorum, quæ recolimus, virtus percipiatur & ſacramentorum, quæ ſumpſimus, obtineatur effectus. Qui vivis & regnas.

Digitized by Google

Die II. Octobris.

S. S. Angelorum Cuſtodum.

Introitus. Benedicite Dominum omnes Angeli ejus: Potentes virtute, qui facitis verbum ejus, ad audiendam vocem ſermonum ejus. *Pſalm.* Benedic anima mea Domino: Et omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto ejus. Gloria Patri.

ORATIO.

DEus, qui ineffabili providentia ſanctos Angelos tuos ad noſtram cuſtodiam mittere dignaris: largire ſupplicibus tuis; & eorum ſemper protectione defendi, & æterna ſocietate gaudere. Per Dominum.

Lectio Libri Exodi.

HÆC dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum quem paravi. Obſerva eum, & audi vocem ejus, nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaveris, & eſt nomen meum in illo. Quod ſi audieris vocem ejus, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te: præcedetque te Angelus meus.

Graduale. Angelis ſuis Deus mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne unquam

Digitized by Google

quam offendas ad lapidem pedem tuum. Alleluja, Alleluja. Benedicite Domino omnes virtutes ejus: Miniſtri ejus, qui facitis voluntatem ejus. Alleluja.

Evangelium. Acceſſerunt diſcipuli ad Jeſum. *De Feſto Dedicationis S. Michaelis, Arch.* 29. *Septembris. Dicitur* Credo.

Offertorium. Benedicite Dominum omnes Angeli ejus: Miniſtri ejus, qui facitis verbum ejus, ad audiendam vocem ſermonem ejus.

Secreta.

SUſcipe Domine munera, quæ pro ſanctorum Angelorum tuorum veneratione deferimus: & concede propitius; ut perpetuis eorum præſidiis, a præſentibus periculis liberemur, & ad vitam perveniamus æternam. Per Dominum.

Communio. Benedicite omnes Angeli Domini Dominum: Hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Poſtcommunio.

SUmpſimus Domine, divina myſteria, ſanctorum Angelorum tuorum feſtivitate lætantes: quæſumus; ut eorum protectione ab hoſtium jugiter liberemur inſidiis, & contra omnia adverſa muniamur. Per Dominum.

Digitized by Google

Die III. Octobris.

Tranſlatio S. Claræ Virg.

Miſſa, ut in die Natali ejus 12. *Aug. Pro Com. Vigiliæ S. P. N. Franciſci, Oratio, Secreta, Poſtcommunio, & Evang. in fine, ut in die ſacrorum Stigmatum ejuſdem : Sine* Credo.

Die IV. Octobris.

S. P. N. Francisci *Conf.*

Introitus.

GAudeamus omnes in Domino, diem feſtum celebrantes ſub honore beati P. Francisci : de cujus ſolemnitate gaudent Angeli, & collaudant filium Dei. *Pſal.* Exultare juſti in Domino ; rectos decet collaudatio.

Gloria Patri.

In Miſſis votivis. Introitus. Mihi autem, *ut in Miſſali Romano,* 4. *Octobris. Oratio & Epiſt. ut in Miſſali Rom. etiam Graduale, addendo poſt Alleluja.*

O Patriarcha pauperum Francisce, tuis precibus auge tuorum numerum, in charitate Chriſti : quos cancellatis manibus, cæcutiens ut moriens Jacob, benedixiſti. Alleluja.

Poſt Sept. Tractus Beatus Vir, *ut in Com. Conf. non Pont. Tempore Paſchali.* Alleluja, Alleluja. O Patriarcha, *ut ſupra, addendo.* Franciscus pauper & humilis

humilis, cœlum dives ingreditur, hymnis cœleſtibus honoratur, Alleluja.

Evang. Offert. Secreta, Communio & Poſtcommunio ut in Miſſ. Romano ſupra. Dicitur Credo, *per Octavam.*

Præfatio.

Per omnia ſæcula ſæculorum. Dominus vobiſcum. Surſum corda. Habemus ad Dominum. Gratias agamus Domino Deo noſtro. Dignum & juſtum eſt. Vere dignum & juſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper, & ubique gratias agere: Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus. Qui venerandum Confeſſorem famulum tuum beatum FRANCISCUM, tua Deus altiſſima bonitate & clementia, Sanctorum tuorum meritis & virtutibus ſublimaſti; mentemque ipſius, Sancti Spiritus operatione, amor ille Seraphicus ardentiſſime incendit interius, ejuſque corpus Sacris Stigmatibus inſignivit exterius, ſigno crucifixi JESU CHRISTI Domini noſtri. Per quem majeſtatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates. Cœli cœlorumque virtutes, ac beata Seraphim, ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus & noſtras voces, ut admitti jubeas deprecamur, ſupplici confeſſione dicentes.

Dix

Digitized by Google

Die V. Octobris.

S. S. Coſmæ & Damiani Martyrum.

Miſſa, ut in Miſſali Romano, die 27. Septembris.

Die VI. Octobris.

S. Brunonis Confeſſoris.

Miſſa. Os juſti. *De Com. Conf. non Pont. 1. loco. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORATIO.

S. Brunonis Confeſſoris tui, quæſumus Domine, Interceſſionibus adjuvemur: ut qui Majeſtatem tuam graviter delinquendo offendimus; ejus meritis & precibus noſtrorum delictorum veniam conſequamur. Per Dominum.

Secreta.

LAudis tibi Domine, hoſtias immolamus in tuorum commemoratione ſanctorum: quibus nos & præſentibus exui malis confidimus & futuris. Per Dominum.

Poſtcommunio.

QUæſumus Omnipotens Deus: ut qui cœleſtia alimenta percepimus; intercedente beato Brunone Confeſſore tuo, per hæc contra omnia adverſa muniamur. Per Dominum.

Digitized by Google

DIE VII. OCTOBRIS.

S. Wenceſlai Ducis & Martyris.

Miſſa. In Virtute tua. *De Com. unius Mart. non Pont. 1. loco. Evang.* Nolite arbitrari &c. *Dicitur* Credo, *propter Oct.*

ORATIO.

DEUS, qui beatum Wenceſlaum per Martyrii palmam à terreno principatu ad cœleſtem gloriam tranſtuliſti: ejus precibus nos ab omni adverſitate cuſtodi; & ejuſdem tribue gaudere conſortio. Per Dominum.

DIE VIII. OCTOBRIS.

S. Birgittæ Viduæ.

Miſſa. Cognovi. *De Com. nec Virg. nec Mart. Epiſtola,* Chariſſime, Viduas honora. *Dicitur* Credo, *propter Octav.*

ORATIO.

DOmine Deus noſter, qui beatæ Birgittæ per filium tuum unigenitum Secreta cœleſtia revelaſti: ipſius pia interceſſione, da nobis famulis tuis; in revelatione ſempiternæ gloriæ tuæ gaudere lætantes. Per eundum Dominum.

DIE X. OCTOBRIS.

S. Franciſci Borgiæ Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Abbatum. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

DOmine Jeſu Chriſte, veræ humilitatis & exemplar & præmium: quæſumus; ut ſicut beatum Franciſcum in terreni honoris contemptu imitatorem tui glorioſum effeciſti; ita nos ejuſdem imitationis, & gloriæ tribuas eſſe conſortes. Qui vivis & regnas.

In Secreta, & Poſtcommunione omititur li. Abbas.

DIE XII. OCTOBRIS.

B. Seraphini de Aſculo Conf. Ord. Min. Capucinorum.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco. Sine* Credo.

DIE XIII. OCTOBRIS.

S. Eduardi Regis & Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Dicitur* Credo, *per Octavam.*

ORATIO.

DEUS, qui beatum Regem Eduardum Confeſſorem tuum æternitatis gloria coronaſti: fac nos quæſumus, ita eum venerari in terris, ut cum eo regnare poſſimus in cœlis. Per Dominum.

Die XV. Octobris.

S. Tereſiæ Virginis.

Miſſa. Dilexiſti. *Ut in Com. Virg. tantum.* 1. *loco. Dicitur* Credo *propter Octavam.*

ORATIO.

EXaudi nos Deus ſalutaris noſter; ut ſicut de beatæ Tereſiæ Virginis tuæ feſtivitate gaudemus; ita cœleſtis ejus doctrinæ pabulo nutriamur, & piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum.

Die XVI. Octobris.

S. S. Danielis & ſoc. Mart. Ord. Min.

Miſſa. Sapientiam Sanctorum.

ORATIO.

FRaterna nos Domine, Martyrum tuorum corona lætificet: quæ & fidei noſtræ præbeat incrementa virtutum; & multiplici nos ſuffragio conſoletur. Per Dominum.

Epiſt. Fratres exhibeamus noſmetipſos, *ut in ſupplemento Com. plur. Mart. Grad.* Clamaverunt juſti, *ut in Miſſa.* Salus juſtorum. *addendo poſt* Alleluja. Hæc eſt vera fraternitas, *ut ſupra die* 16. *Jan. Evang.* Deſcendens. *Dicitur* Credo. *Offertorium,* Exultabunt Sancti.

Secreta.

Secreta.

ITerata myſteria, Domine, pro Sanctorum Martyrum tuorum commemoratione, devota mente tractemus, quibus præſidium nobis creſcat, & gaudium. Per Dominum.

Communio. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, dicit Dominus; & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta.

Poſtcommunio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus: ut quorum memoriam Sacramenti participatione recolimus, fidem quoque proficiendo ſectemur. Per Dominum.

DIE XVII. OCTOBRIS.

S. Hedwigis Viduæ.

Miſſa. Cognovi. *De Com. nec Virg. nec Mart. Dicitur* Credo, *propter Octav.*.

ORATIO.

DEUS, qui beatam Hedwigem a ſæculi pompa ad humilem tuæ crucis ſequelam toto corde tranſire docuiſti: concede; ut ejus meritis, & exemplo, diſcamus perituras mundi calcare delicias, & in amplexu tuæ crucis omnia nobis adverſantia ſuperare. Qui vivis & regnas.

Digitized by Google

DIE XIX. OCTOBRIS.

S. Petri de Alcantara Conf. Ord. Min.

Introitus.

MIhi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti : per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. *Pſal.* Benedicam Dominum in omni tempore : ſemper laus ejus in ore meo. Gloria Patri.

ORATIO.

DEus, qui beatum Petrum Confeſſorem tuum admirabilis pœnitentiæ, & altiſſimæ contemplationis munere illuſtrare dignatus es : concede propitius ; ut ejus ſuffragantibus meritis, carne mortificati, cœleſtium donorum participes fieri mereamur. Per Dominum.

Pro ejus Tranſlatione.

ORATIO.

DEus qui animam beati Petri Confeſſoris tui chariſmatum donis, & corpus crucis mortificatione decoraſti : concede precibus noſtris ; ut qui ejus recolimus Tranſlationis memoriam, virtutum quoque imitemur exempla. Per Dominum.

Epiſt. Fratres quæ mihi fuerunt lucra : *ex miſſa,* Juſtus, *De Comm. Conf. non Pont. 2. loco. Graduale ibidem,* Os Juſti. *addendo poſt* Alleluja.

Crucis

Crucis cultor optime Sancte Petre, norma veræ ſanctitatis ; impetra nobis tuis precibus fructus dignos pœnitentiæ, ut tecum ſimus æternæ gloriæ conſortes. Alleluja.

Poſt Sept. Tractus. Beatus vir, *ibidem.*

Tempore Paſchali : Alleluja, Alleluja.

Chriſto confixus ſum cruci : vivo ego, jam non ego ; vivit vero in me Chriſtus. Alleluja. Crucis cultor optime, *ut ſupra.*

Evang. Nolite timere : *ibidem* ; *Dicitur* Credo *per Octav.*

Offertorium. In virtute tua, *ibidem.*

Secreta.

OBlationem noſtram, quæſumus Domine, Sancti Petri meritis placatus aſſume ; quam dum in carne viveret, puriſſimis manibus contractavit, & obtulit. Per Dominum.

Communio. Amen dico vobis, *ibidem.*

Poſtcommunio.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus : ut beati Petri Confeſſoris tui ſemper facta ſectantes ; fructum quem de cœleſti hoc alimento percepit, ipſi quoque percipere mereamur. Per Dominum.

Digitized by Google

Die XXI. Octobris.

S. S. Urſulæ & Sociarum Virg. & Mart.

Miſſa. Loquebar, &c. *exceptis Oratione, Secreta & Poſtcommunione, quæ dicuntur de pluribus Virg. & Mart. & Epiſt. quæ eſt,* De Virginibus præceptum Domini. *De Com. Virg. 2. loco. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

Die XXII. Octobris.

B. Ladiſlai Gielnovienſis Conf. Ord. Min.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont. 2. loco. Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORATIO.

DEus, qui Beatum Ladiſlaum Religioſa perfectione voluiſti omnibus prælucere, concede propitius, ut ejus exemplo in virtutibus jugiter proficiamus. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Die XXIII. Octobris.

S. Joannis Capiſtrani Confeſſoris Ord. Minorum.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont. 1. loco. Dicitur* Credo *per Octav.*

ORATIO.

DEus, qui Eccleſiam tuam, Beati Joannis meritis & doctrinis mirabiliter ſublimaſti, & per eum de perfidis tyrannis in virtute ſanctiſſimi Nominis JESU

Digitized by Google

JESU fideles tuos triumphare feciſti: præſta quæſumus; ut de inimicis noſtris, ejus interceſſione prævalentes in terris, præmiari cum ipſo mereamur in Cœlis. Qui vivis & regnas.

Poſt Graduale dicitur.

Alleluja, Alleluja. O Zelator fidei, perſecutor H * * * * * Lumen virtutum, exterminator Turcarum Prædicator egregie, Doctor populorum, Joannes fideliſſime, Ordinis Minorum; eſto nobis præſidium è regno Beatorum. Alleluja.

DIE XXVII. OCTOBRIS.

Tranſlatio S. Ivonis Confeſſoris 3. Ordinis.

Miſſa. Juſtus. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco.* *Evang.* Sint lumbi. *De Com.* 1. *loco.* *Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORATIO.

DEus, qui Beatum Ivonem Confeſſorem tuum innumeris decoraſti miraculis: te ſuppliciter deprecamur; ut qui hodiernâ die ejus elevationem & tranſlationem celebramus, ipſius apud te patrocinia ſentiamus. Per Dominum.

DIE XXIX. OCTOBRIS.

Venerabilis Bedæ Preſbyteri & Conf.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco.* *Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

DEUS, qui Eccleſiam tuam Beati BEDÆ Confeſſoris tui atque Doctoris eruditione clarificas, concede propitius Famulis tuis, ejus ſemper illuſtrari ſapientia, & meritis adjuvari. Per Dominum noſtrum.

Pro Commemorat. Oct. S. Joannis Capiſt. Secreta & Poſtcommunio. *ex Miſſa.* Juſtus.

FESTA NOVEMBRIS.

DOM. II. NOVEMBRIS.

Patrocinii S. M. V.

Miſſa. Ut in ejus Feſto ad Nives. *V. Auguſti. cum* Credo. *Præfat.* Et te in Feſtivitate, &c.

DIE III. NOVEMBRIS.

S. Winefridæ Virg. & Martyris, ubi celebratur.

Miſſa. Loquebar. *De Com. Virg. & Martyris* 1. *loco. etiam* Oratio. *Dicitur* Credo, *propter Octav.*

DIE IV. NOVEMBRIS.

S. Caroli Borromæi Epiſ. & Confeſſoris.

Miſſa. Statuit ei Dominus, *De Com. Conf. Pont.* 1. *loco. Dicitur* Credo *propter Octavam.*

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

ECcleſiam tuam Domine, Sancti Caroli Confeſſoris tui atque Pontificis continua protectione cuſtodi: ut ſicut illum Paſtoralis ſolicitudo glorioſum reddidit; ita nos ejus interceſſio in tuo ſemper faciat amore ferventes. Per Dominum. *Additur Com. B. Helenæ Paduanæ Virg. ex* 1. *Communi.*

DIE X. NOVEMBRIS.

Tranſlatio S. Ludovici Epiſc. & Confeſſoris Ord. Min.

Miſſa. Ut in ejus die natali 19. *Auguſti. Sine* Credo.

DIE XII. NOVEMBRIS.

S. Didaci Confeſſoris, Ord. Minorum.

Introitus.

HUmiliavit ſe in omnibus, & coram Deo invenit Gratiam: quoniam magna potentia Dei, & ab humilibus honoratur. *Pſal.* Benedic anima mea Dominum: & omnia interiora mea Nomen Sanctum ejus. Gloria Patri.

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui diſpoſitione mirabili, infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitius humilitati noſtræ; ut piis

Digitized by Google

piis Beati Didaci Confeſſoris tui precibus, ad perennem in cœlis gloriam ſublimari mereamur. Per Dominum.

In ejus Tranſlatione.

ORATIO.

DEus qui per tranſlationem corporis Beati Didaci Confeſſoris tui, ejus Gloriam in terris renovaſti: concede propitius; ut ipſius precibus nos ſpiritu renovati, æterna præmia conſequi mereamur in cœlis. Per Dominum.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

FRatres, videte vocationem veſtram; quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret, ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto JESU, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & juſtitia, & ſanctificatio & redemptio: ut quemadmodum ſcriptum eſt: qui gloriatur, in Domino glorietur. Et ego cum veniſſem ad vos, fratres, veni, non in ſublimate ſermonis, aut ſapientiæ,

Digitized by Google

pientiæ, annuntians vobis teſtimonium CHRISTI : non enim judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi JESUM CHRISTUM, & hunc crucifixum.

Graduale, Tractus, & Alleluja tempore Paſchali, ut in com. Abbatum Evang. Acceſſerunt Diſcipuli ad JESUM, *uſque ad hæc verba* : væ mundo. *Ut in Feſto S. Michaelis* 29. *Sept. Dicitur* Credo *per Octavam.*

Offertorium. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri JESU CHRISTI : per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

Secreta.

HÆC Hoſtia, quæſumus Domine, quam Sancti Didaci Confeſſoris tui ſolemnitate (Tranſlatione) offerimus; ipſo etiam intercedente, & vincula noſtræ pravitatis abſolvat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per Dominum.

Communio. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite â me, quia mitis ſum & humilis corde; & invenietis requiem animabus veſtris.

Poſtcommunio.

DEus, qui familiam tuam his Sacrificiis purgatam, Beati Didaci Confeſſoris tui celebritate (Tranſlatione) lætificas; concede quæſumus; ut ejus

 humili-

Digitized by Google

humilitatis & patientiæ imitetur veſtigia, & ad gaudia perveniat ſempiterna. Per Dominum.

DIE XIV. NOVEMBRIS.

S. Andreæ Avellini Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Dicitur* Credo. *propter Octavam.*

ORATIO.

DEus, qui in corde beati Andreæ Confeſſoris tui, per arduum quotidie in virtutibus proficiendi votum, admirabiles ad te aſcenſiones diſpoſuiſti: concede nobis ipſius meritis, & interceſſione; ita ejuſdem gratiæ participes fieri, ut perfectiora ſemper exequentes, ad gloriæ tuæ faſtigium feliciter perducamur. Per Dominum.

DIE XV. NOVEMBRIS.

S. Gertrudis Virginis & Abbatiſſæ.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tant.* 1 *loco. Dicitur* Credo. *propter Octav.*

ORATIO.

DEus, qui in cordæ beatæ Gertrudis Virginis jucundam tibi manſionem præparaſti, ipſius meritis & interceſſione cordis noſtri maculas clementer abſterge, & ejuſdem tribue gaudere conſortio. Per Dominum, &c.

DIE

Digitized by Google

DIE XVI. NOVEMBRIS.

S. Agnêtis Aſſiſiatis Virg. Germanæ Sororis S. Claræ

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tant. Dicitur* Credo, *propter Octav.*

DIE XVII. NOVEMBRIS.

B. Salomeæ Reginæ Virg. Ord. S. Claræ.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tant.* 1. *loco. Dicitur* Credo. *propter Octav.*

ORATIO.

DEus, qui in Beata Salomea terreni Regni contemptum cum Virginitatis candore in connubio Sociaſti; concede nobis, quæſumus, ut ejus exemplo tibi caſto, & humili corde ſervientes, immarceſcibilem coronam gloriæ in Cœlis conſequi mereamur. Per Dominum.

DIE XIX. NOVEMBRIS.

S. Elizabeth Hungariæ Viduæ 3. *Ordinis.*

Miſſa. Cognovi, *ut in Com. nec Virg. nec Mart. Epiſt.* Viduas honora. *Dicitur* Credo.

ORATIO.

TUorum corda fidelium Deus miſerator illuſtra: & Beatæ Eliſabeth precibus glorioſis, fac nos proſpera mundi deſpicere, & cœleſti ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum.

Secreta.

MUnera Domine noſtræ devotionis offerimus ; ut tibi grata, & nobis ſalutaria, Beatæ Elizabeth pia ſupplicatione reddantur. Per Dominum.

Poſtcommunio.

QUos, Domine, ſalutaribus dignatus es reparare myſteriis : Beatæ Elizabeth, quæſumus interceſſione ; cœleſtibus ſemper nutrias alimentis. Per Dominum.

DIE XX. NOVEMBRIS.

S. Edmundi Regis & Martyris.

Miſſa. In virtute tua. *De Com. unius Martyris non Pont.* 1. *loco. Evangelium.* Nolite arbitrari &c. *Sine* Credo.

Ex Miſſali Sariſburienſi.

ORATIO.

DEUS, ineffabilis miſericordiæ, qui beatiſſimo Regi Edmundo tribuiſti inimicum pro tuo nomine moriendo vincere ; concede propitius huic familiæ tuæ, ut eo interveniente, mereatur in ſe antiqui hoſtis incitamenta ſuperando extinguere. Per Dominum.

Secreta.

HOC Sacrificium redemptionis noſtræ, quæſumus omnipotens Deus, clementer reſpice, & intercedente beato

Edmundo

Digitized by Google

Edmundo Rege & Martyre tuo, pro hac familia tua placatus aſſume. Per Dominum.

Poſtcommunio.

SInt tibi omnipotens Deus, grata noſtræ ſervitutis obſequia: ut hæc ſancta, quæ ſumpſimus, intercedente beato Edmundo Rege & Martyre tuo, proſint nobis ad capeſſenda præmia vitæ perpetuæ. Per Dominum.

DIE XXVI. NOVEMBRIS.

B. Delphinæ Virginis 3. Ordinis.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tant. 1. loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui Beatam Delphinam famulam tuam inter cætera virtutum inſignia virginali pudicitia in conjugio decoraſti: concede propitius; ut cujus ſacra ſolemnia celebriter veneramur in terris, ejus beata conſortia feliciter conſequamur in cœlis. Per Dominum.

DIE XXVII. NOVEMBRIS.

Omnium Sanctorum trium Ordinum S. P. N. Franciſci.

Miſſa. Gaudeamus, *ut die 1 Nov. in Miſſali Romano, addendo ubique,* Omnium Sanctorum Ordinis Minorum.

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Eccleſiam tuam variis Sanctorum ſplendoribus ſemper illuſtras, protegis, atque conſervas: concede propitius; ut Beati P. FRANCISCI & Sanctorum Filiorum ejus, quorum omnium merita nos ſub una tribuiſti celebritate venerari, precibus; & hic ab omnibus mundemur offenſis, & in futuro gloria perfruamur æterna. Per Dominum.

Epiſt. & Graduale, ut ſupra. Evang. Nolite timere puſillus grex. *Dicitur* Credo.

Offertorium. Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis, exaltationes Dei in faucibus eorum.

Præfatio de S. P. Franciſco, ut die 4. Octobris.

Communio. Lætamini in Domino, & exultate juſti, & gloriamini omnes recti corde.

DIE XXVIII. NOVEMBRIS.

S. Jacobi de Marchia Confeſſoris Ord. Minorum.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont. 2. loco. Dicitur* Credo, *per Octavam.*

ORA-

ORATIO.

DEus, qui ad animarum ſalutem, & peccatores è vitiorum cœno ad viam virtutis revocandos Beatum JACOBUM Confeſſorem tuum Evangelii præconem eximium effeciſti: Concede propitius; ut ejus interceſſione a peccatis omnibus expiati, vitam conſequamur æternam. Per Dominum noſtrum.

DIE XXIX. NOVEMBRIS.

S. Felicis Valeſii Confeſſoris.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco. Dicitur* Credo *propter Octavam.*

ORATIO.

DEus, qui beatum Felicem Confeſſorem tuum ex eremo ad munus redimendi Captivos cœlitus vocare dignatus es: præſta quæſumus; ut per gratiam tuam ex peccatorum noſtrorum captivitate, ejus interceſſione liberati, ad cœleſtem patriam perducamur. Per Dominum.

FESTA DECEMBRIS.

DIE I. DECEMBRIS.

S. Joannis à Cruce Conf.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORA-

piis Beati Didaci Confeſſoris tui precibus, ad perennem in cœlis gloriam ſublimari mereamur. Per Dominum.

In ejus Tranſlatione.

ORATIO.

DEus qui per tranſlationem corporis Beati Didaci Confeſſoris tui, ejus Gloriam in terris renovaſti: concede propitius; ut ipſius precibus nos ſpiritu renovati, æterna præmia conſequi mereamur in cœlis. Per Dominum.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Corinthios.

FRatres, videte vocationem veſtram; quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrueret, ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto JESU, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & juſtitia, & ſanctificatio & redemptio: ut quemadmodum ſcriptum eſt: qui gloriatur, in Domino glorietur. Et ego cum veniſſem ad vos, fratres, veni, non in ſublimate ſermonis, aut ſapientiæ,

Digitized by Google

pientiæ, annuntians vobis teſtimonium CHRISTI: non enim judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi JESUM CHRISTUM, & hunc crucifixum.

Graduale, Tractus, & Alleluja tempore Paſchali, ut in com. Abbatum Evang. Acceſſerunt Diſcipuli ad JESUM, *uſque ad hæc verba*: væ mundo. *Ut in Feſto S. Michaelis* 29. *Sept. Dicitur* Credo *per Octavam.*

Offertorium. Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri JESU CHRISTI: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

Secreta.

HÆC Hoſtia, quæſumus Domine, quam Sancti Didaci Confeſſoris tui ſolemnitate (Tranſlatione) offerimus; ipſo etiam intercedente, & vincula noſtræ pravitatis abſolvat, & tuæ nobis miſericordiæ dona conciliet. Per Dominum.

Communio. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde; & invenietis requiem animabus veſtris.

Poſtcommunio.

DEus, qui familiam tuam his Sacrificiis purgatam, Beati Didaci Confeſſoris tui celebritate (Tranſlatione) lætificas; concede quæſumus; ut ejus

humilitatis & patientiæ imitetur veſtigia, & ad gaudia perveniat ſempiterna. Per Dominum.

Die XIV. Novembris.

S. Andreæ Avellini Confeſſoris.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Dicitur* Credo. *propter Octavam.*

ORATIO.

DEus, qui in corde beati Andreæ Confeſſoris tui, per arduum quotidie in virtutibus proficiendi votum, admirabiles ad te aſcenſiones diſpoſuiſti: concede nobis ipſius meritis, & interceſſione; ita ejuſdem gratiæ participes fieri, ut perfectiora ſemper exequentes, ad gloriæ tuæ faſtigium feliciter perducamur. Per Dominum.

Die XV. Novembris.

S. Gertrudis Virginis & Abbatiſſæ.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tant.* 1 *loco. Dicitur* Credo. *propter Octav.*

ORATIO.

DEus, qui in cordæ beatæ Gertrudis Virginis jucundam tibi manſionem præparaſti, ipſius meritis & interceſſione cordis noſtri maculas clementer abſterge, & ejuſdem tribue gaudere conſortio. Per Dominum, &c.

Digitized by Google

DIE XVI. NOVEMBRIS.

S. Agnêtis Aſſiſiâtis Virg. Germanæ Sororis S. Claræ

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tant. Dicitur* Credo, *propter Octav.*

DIE XVII. NOVEMBRIS.

B. Salomeæ Reginæ Virg. Ord. S. Claræ.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tant. 1. loco. Dicitur* Credo. *propter Octav.*

ORATIO.

DEus, qui in Beata Salomea terreni Regni contemptum cum Virginitatis candore in connubio Sociaſti; concede nobis, quæſumus, ut ejus exemplo tibi caſto, & humili corde ſervientes, immarceſcibilem coronam gloriæ in Cœlis conſequi mereamur. Per Dominum.

DIE XIX. NOVEMBRIS.

S. Elizabeth Hungariæ Viduæ 3. Ordinis.

Miſſa. Cognovi, *ut in Com. nec Virg. nec Mart. Epiſt.* Viduas honora. *Dicitur* Credo.

ORATIO.

TUorum corda fidelium Deus miſerator illuſtra: & Beatæ Eliſabeth precibus glorioſis, fac nos proſpera mundi deſpicere, & cœleſti ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum.

Digitized by Google

Secreta.

MUnera Domine noſtræ devotionis offerimus; ut tibi grata, & nobis ſalutaria, Beatæ Elizabeth pia ſupplicatione reddantur. Per Dominum.

Poſtcommunio.

QUos, Domine, ſalutaribus dignatus es reparare myſteriis: Beatæ Elizabeth, quæſumus interceſſione; cœleſtibus ſemper nutrias alimentis. Per Dominum.

DIE XX. NOVEMBRIS.

S. Edmundi Regis & Martyris.

Miſſa. In virtute tua. *De Com. unius Martyris non Pont.* 1. *loco. Evangelium.* Nolite arbitrari &c. *Sine* Credo.

Ex Miſſali Sariſburienſi.

ORATIO.

DEUS, ineffabilis miſericordiæ, qui beatiſſimo Regi Edmundo tribuiſti inimicum pro tuo nomine moriendo vincere; concede propitius huic familiæ tuæ, ut eo interveniente, mereatur in ſe antiqui hoſtis incitamenta ſuperando extinguere. Per Dominum.

Secreta.

HOC Sacrificium redemptionis noſtræ, quæſumus omnipotens Deus, clementer reſpice, & intercedente beato Edmundo

Edmundo Rege & Martyre tuo, pro hac familia tua placatus aſſume. Per Dominum.

Poſtcommunio.

SInt tibi omnipotens Deus, grata noſtræ ſervitutis obſequia: ut hæc ſancta quæ ſumpſimus, intercedente beato Edmundo Rege & Martyre tuo, proſint nobis ad capeſſenda præmia vitæ perpetuæ. Per Dominum.

DIE XXVI. NOVEMBRIS.

B. Delphinæ Virginis 3. Ordinis.

Miſſa. Dilexiſti. *De Com. Virg. tant. 1. loco. Sine* Credo.

ORATIO.

DEUS, qui Beatam Delphinam famulam tuam inter cætera virtutum inſignia virginali pudicitia in conjugio decoraſti: concede propitius; ut cujus ſacra ſolemnia celebriter veneramur in terris, ejus beata conſortia feliciter conſequamur in cœlis. Per Dominum.

DIE XXVII. NOVEMBRIS.

Omnium Sanctorum trium Ordinum S. P. N. Franciſci.

Miſſa. Gaudeamus, *ut die* 1 *Nov. in Miſſali Romano, addendo ubique,* Omnium Sanctorum Ordinis Minorum.

ORATIO.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Eccleſiam tuam variis Sanctorum ſplendoribus ſemper illuſtras, protegis, atque conſervas: concede propitius; ut Beati P. FRANCISCI & Sanctorum Filiorum ejus, quorum omnium merita nos ſub una tribuiſti celebritate venerari, precibus; & hic ab omnibus mundemur offenſis, & in futuro gloria perfruamur æterna. Per Dominum.

Epiſt. & Graduale, ut ſupra. Evang. Nolite timere puſillus grex. *Dicitur* Credo.

Offertorium. Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis, exaltationes Dei in faucibus eorum.

Præfatio de S. P. Franciſco, ut die 4. Octobris.

Communio. Lætamini in Domino, & exultate juſti, & gloriamini omnes recti corde.

DIE XXVIII. NOVEMBRIS.

S. Jacobi de Marchia Confeſſoris Ord. Minorum.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco. Dicitur* Credo, *per Octavam.*

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

DEus, qui ad animarum ſalutem, & peccatores è vitiorum cœno ad vitam virtutis revocandos Beatum JACOBUM Confeſſorem tuum Evangelii præconem eximium effeciſti: Concede propitius; ut ejus interceſſione a peccatis omnibus expiati, vitam conſequamur æternam. Per Dominum noſtrum.

DIE XXIX. NOVEMBRIS.

S. Felicis Valeſii Confeſſoris.

Miſſa. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont.* 2. *loco. Dicitur* Credo *propter Octavam.*

ORATIO.

DEus, qui beatum Felicem Confeſſorem tuum ex eremo ad munus redimendi Captivos cœlitus vocare dignatus es: præſta quæſumus; ut per gratiam tuam ex peccatorum noſtrorum captivitate, ejus interceſſione liberati, ad cœleſtem patriam perducamur. Per Dominum.

FESTA DECEMBRIS.

DIE I. DECEMBRIS.

S. Joannis à Cruce Conf.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Sine* Credo.

ORA-

ORATIO.

DEUS, qui Sanctum Joannem Confeſſorem tuum perfectæ ſui abnegationis, & Crucis amatorem eximium effeciſti: Concede, ut, ejus imitationi jugiter inhærentes, gloriam aſſequamur æternam. Per Dominum, &c.

Die II. Decembris.

S. Bibianæ Virginis & Martyris.

Miſſa. Me expectaverunt. *De Com. Virg. & Mart.* 2. *loco. Dicitur* Credo. *propter Octavam.*

ORATIO.

DEUS, omnium largitor bonorum, qui in famula tua Bibiana cum virginitatis flore Martyrii Palmam conjunxiſti: mentes noſtras ejus interceſſione tibi charitate conjunge; ut amotis periculis, præmia conſequamur æterna. Per Dominum.

Die III. Decembris.

S. Franciſci Xaverii Confeſſoris.

Introitus. Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu Regum, & non confundebar: & meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. *Pſalm.* Laudate Dominum omnes gentes: Laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata eſt ſuper

ſuper nos miſericordia ejus, & veritas Domini manet in æternum. Gloria Patri.

ORATIO.

DEUS, qui Indiarum gentes Beati Franciſci prædicatione & miraculis Eccleſiæ tuæ aggregare voluiſti: Concede propitius; ut cujus glorioſa merita veneramur, virtutum quoque imitemur exempla. Per Dominum.

Epiſtola. Fratres, Corde enim creditur. *ut in Feſto S. Andreæ Apoſt.* 30. *Novembris.*

Graduale. Juſtus ut Palma. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco.*

Sequentia Sancti Evangelii ſecundum Marcum.

IN illo tempore: Dixit Jeſus Diſcipulis ſuis: Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia ejicient; linguis loquentur novis; ſerpentes tollent; & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent & bene habebunt. *Dicitur* Credo, *propter Octavam.*

Offerto-

Digitized by Google

Offertorium, & *Communio*. *De Com. Conf. non Pont* 1. *loco*.

Secreta, & *Poſtcommunio*. *De Com. Conf. non Pont*. 2. *loco*.

DIE IV. DECEMBRIS.

S. Barbaræ Virg. & Martyris.

Miſſa. Loquebar. *De Com. Virg. & Mart*. 1. *loco*. *etiam Oratio*. *Dicitur*. Credo. *propter Octavam*.

DIE VIII. DECEMBRIS.

Immaculata Conceptio B. Mariæ Virginis.

Introitus.

EGredimini, & videte Filiæ Sion Reginam veſtram, quam laudant aſtra matutina: cujus pulchritudinem Sol & Luna mirantur, & jubilant omnes Filii Dei. *Pſalm*. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini. Gloria Patri.

ORATIO.

DEus, qui per immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparaſti: quæſumus; ut qui ex morte ejuſdem Filii ſui prævi-ſa, eam ab omni labe præſervaſti, nos quoque mundos, ejus interceſſione, ad te

te pervenire concedas. Per eundum Dominum.

Epiſt. Dominus poſſedit me, *ut in Miſſali Romano hac die.*

Graduale. Qualis eſt dilecta noſtra, chariſſimi? qualis eſt Mater, dicite, Domini? qualis & quanta ſit Soror & Sponſa Chriſti! Dilecta noſtra candida, Immaculata, quaſi Aurora conſurgens. Alleluja. Alleluja. Veni Regina noſtra, veni Domina in hortum odoris ſuper omnia aromata. Alleluja.

Poſt Sept. Tractus. Gaude Maria, *ut in Miſſa votiva ejus a Purificatione uſque ad Paſcha. Tempore Paſcha.* Alleluja, Alleluja. Veni Regina noſtra, veni Domina in Hortum odoris ſuper omnia aromata. Alleluja. Virga Jeſſe floruit: Virgo Deum & hominem genuit. Pacem Deus reddidit, in ſe reconcilians ima ſummis. Alleluja.

Sequentia Sancti Evangelii ſecundum Lucam.

IN illo tempore: loquente JESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ ſuxiſti. At ille dixit: quinimmo Beati, qui audiunt Verbum Dei, & cuſtodiunt illud. *Dicitur* Credo, *per Octavam.*

Offert-

Digitized by Google

Offertorium. Hortus concluſus, fons ſignatus; emiſſiones tuæ paradiſus, ô Maria: manus tuæ ſtillaverunt myrram, melliſluique facti ſunt Cœli, dum manu Domini fabricata es Mater tanti Dei.

Secreta.

SUſcipere digneris per temetipſum benignitatis auctorem, rogamus, Domine Matris, ac domus tuæ, zelatorum devotas cum hilaritate ſupplicationes: ut ſicut ipſa, tua gratia præveniente, mundo [hodie] immunis apparuit: ita ipſi mundam de tuæ Matris munere, te concedente, exhibeant gratiarum actionem. Per temetipſum JESUM CHRISTUM Filium ejus: qui vivis, &c. *In Præfatione.* Et te in Conceptione.

Communio. Glorioſa dicta ſunt de te Maria, quia fecit tibi magna, qui potens eſt.

Poſtcommunio.

ODorem, Domine, Sacrificii hujus ſuſcipe ſuavitatis, & præſta; ut qui [hodie] Mariæ Conceptionem jubilando celebrant, ejus ſalubri oratione, fructum centuplum ſuæ devotionis accipiant. Per Dominum.

DIE IX. DECEMBRIS.

S. Petri Chryſologi Epiſc. & Conf. Doct.

Miſſa. In medio Eccleſiæ. *De Com. Doct. Dicitur* Credo.

ORA-

Digitized by Google

ORATIO.

DEus, qui Beatum Petrum Chryſologum Doctorem egregium divinitus præmonſtratum, ad regendam, & inſtruendam Eccleſiam tuam eligi voluiſti: præſta quæſumus; ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, interceſſorem habere mereamur in cœlis. Per Dominum.

DIE X. DECEMBRIS.

B. Gabrielis Ferretti Conſ. Ord. Min.

Miſſa. Os Juſti. *De Com. Conf. non Pont.* 1. *loco. Dicitur* Credo. *propter Octavam.*

ORATIO.

DEUS, qui à ſede Majeſtatis tuæ humilia benignus reſpicis, & alta à longè cognoſcis: concede Famulis tuis, ut beati Gabriëlis Confeſſoris tui meritis, & exemplo mundi vanitatem, ac ſæculi deſideria abnegantes, promiſſa humilibus præmia conſequi mereamur. Per Dominum noſtrum.

DIE XVI. DECEMBRIS.

S. Euſebii Epiſ. & Martyris.

Miſſa. Sacerdotes Dei. *De Com. unius Martyris Pontificis* 2. *loco. etiam Oratio. Sine* Credo.

DIE XVIII. DECEMBRIS.

Expectatio Partus S. Mariæ Virginis.

Introitus. De Feria 4. quatuor temporum adventus. Reliqua Miſſa de votivâ S. Mariæ in adventu, præter Verſum poſt Graduale : Alleluja, Alleluja. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium Jeſum Chriſtum, Alleluja. *Dicitur* Credo. *In Præf.* Et te in Expectatione. *Si hoc feſtum incidat in Fer. 4. quat. Temporum, in fine Miſſæ legitur Evang. S. Joannis.*

MISSA VOTIVA

Ad poſtulandam gratiam benè moriendi.

Ex Decreto CLEMENTIS XI.

Introitus. Pſalm. 12.

ILlumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus : Prævalui adverſùs eum. *Pſalm.* Uſquequò Domine oblíviſceris me in finem ? Uſquequò avertis faciem tuam à me ? *Verſ.* Gloria Patri.

ORATIO.

OMnipotens & miſericors Deus, qui humano generi, & ſalutis remedia, & vitæ æternæ munera contuliſti : reſpice propitius nos famulos tuos, & ani-

mas

mas refove, quas creaſti: ut in hora exitus eorum abſque peccati macula tibi creatori ſuo per manus ſanctorum Angelorum repræſentari mereantur. Per Dominum noſtrum.

Lectio Epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Romanos. Rom. 14. b.

FRatres, nemo noſtrum ſibi vivit, & nemo ſibi moritur. Sive enim vivimus, Domino vivimus; ſive morimur, Domino morimur; ſive ergò vivimus, ſive morimur, Domini ſumus. In hoc enim Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, ut & mortuorum, & vivorum dominetur. Tu autem quid judicas fratrem tuum? aut tu quare ſpernis fratrem tuum? Omnes enim ſtabimus antè Tribunal Chriſti. Scriptum eſt enim: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Ita unuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo.

Graduale. Pſalm. 22. Si ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es, Domine.

Verſ. Virga tua, & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Alleluja, Alleluja. *Verſ. Pſal.* 30. In te Domine ſperavi, non confundar in æternum: in juſtitia tua libera me, & eripe me; inclina ad

Digitized by Google

me aurem tuam, accelera, ut eripias me. Alleluja.

Poſt Septuageſimam, omiſſo Alleluja, *&* *Verſu ſequenti, dicitur.*

Tractus. Pſal. 24. De neceſſitatibus meis eripe me Domine. Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. *Verſ.* Ad te Domine levavi animam: Deus meus in te confido, non erubeſcam: neque irrideant me inimici mei. *Verſ.* Etenim univerſi, qui te expectant, non confundentur: confundantur omnes facientes vana.

Tempore Paſchali omittitur Graduale, & ejus loco dicitur. Alleluja, Alleluja. *Verſ. Pſalm.* 113. In exitu Iſraël de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro, Alleluja. *Verſ. Pſal.* 107. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo & pſallam tibi, gloria mea. Alleluja.

Sequentia Sancti Evangelii ſecundùm Lucam. Luc. 21. *g.*

IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Attendite vobis, ne fortè graventur corda veſtra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ, & ſuperveniat in vos repentina dies illa: tanquam laqueus enim ſuperveniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Vigilate itaque

Digitized by Google

itaque omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt, & ſtare antè Filium hominis.

Offertorium. Pſalm. 30. In te ſperavi Domine : dixi, tu es Deus meus : in manibus tuis tempora mea.

Secreta.

SUſcipe, quæſumus Domine, hoſtiam, quam tibi offerimus pro extremo vitæ noſtræ : & concede, ut per eam univerſa noſtra purgentur delicta ; ut quæ tuæ diſpoſitionis flagellis in hac vita atterimur, in futura requiem conſequamur æternam. Per Dominum noſtrum.

Communio. Pſal. 70. Domine, memorabor juſtitiæ tuæ ſolius : Deus, decuiſti me à juventute mea, & uſque in ſenectam, & ſenium, Deus, ne derelinquas me.

Poſtcommunio.

QUæſumus clementiam tuam, Omnipotens Deus, ut per hujus virtutem Sacramenti nos famulos tuos gratia tua confirmare digneris : ut in hora mortis noſtræ non prævaleat contra nos adverſarius, ſed cum Angelis tuis tranſitum habere mereamur ad vitam. Per Dominum noſtrum.

Digitized by Google

QUÆDAM NOVA DECRETA URBIS, ET ORBIS.

SANCTISSIMUS Dominus Noſter CLEMENS PAPA XIII. inter Multiplices Apoſtolatûs ſui curas, Sacrorum Rituum Amplitudinem præ oculis habere non prætermittens pia meditatione perpendit, quod quamvis compertum ſit Feſtis quibuſvis diebus Eccleſiam jugi cultu Sacroſanctæ & Individuæ Trinitatis ſolemnia colere, quùm Deum ipſum, qui eſt Pater & Filius, & Spiritus Sanctus rerum omnium opifex, & ad quem omnia referenda ſunt, in Feſtis quoque Deiparæ & aliorum Sanctorum Venerari, & glorificare profiteatur, maxime tamen deceat Dominico die, quô Deus ipſe lucem condidit, quô Jeſus Chriſtus à mortuis reſurrexit, quo ſedens ad dexteram Patris Paraclitum Spiritum Sanctum miſit de cœlis, quò proinde ineffabile, & incomprehenſibile Trinitatis Myſterium manifeſtum factum eſt nobis, quemadmodùm in Divino officio tùm ad Primam recitando Symbolum *Quicumque*, túm plerumque in ultimo tertii Nocturni ReſponſorioAuguſtiſſimæ Trinitatis fit commemoratio, idem & in Miſſæ ſacrificio peragi, & in eâ potiſſimum parte, qua conteſtamur dignum, & juſtum eſſe Deo gratias agere, Eumque collaudare, benedicere, & prædicare; Idcirco ad majorem ſplendidioremque tanti myſterii gloriam, ut Fideles quoque, qui die Dominico Miſſæ intereſſe debent latius, atque apertius Sacroſancti ejuſdem Myſterii præconia audientes debitum & ipſi ſervitutis obſequium ſupremæ impendant Majeſtati,

ſtatuit,

ſtatuit, atque decernit, quod ſingulis Dominicis diebus totius Anni, quibus Præfationes propriæ per Rubricas non ſunt adſignatæ, incipiendo à Dominica Sanctiſſimæ Trinitatis currentis Anni MDCCLIX. Sacerdotes omnes utriuſque Cleri Secularis nempe, atque Regularis Præfationem de Sanctiſſima Trinitate, quæ jam inde a Vetutiſſimis temporibus in uſu fuiſſe dignoſcitur, in Miſſa recitare teneantur, & ita inviolabiliter Obſervari mandavit. Hac die 3. Januarii 1759. Loco ✠ Sigilli.

D. F. Cardinalis Tamburinus Præfectus.
M. Marefuſcus S. R. C. Secretarius.

DECRETUM SACRÆ CONGREGATIONIS INDULGENTIIS, & SACRIS RELIQUIIS PRÆPOSITÆ,

QUUM Sacra Congregatio Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præpoſita die 31. menſis Martii Anno 1759. fuerit in voto Confeſſionem Sacramentalem quando in Brevibus apponitur pro Indulgentiæ conſecutione, peragi omnino debere, etiam ab his, qui ſibi lethalis peccati conſcii non ſunt, nec non præfatam Confeſſionem ſuffragari etiam poſſe, ſi in vigilia Feſtivitatis expleatur, Votumque congregationis SS. D. Noſter CLEMENS PP. XIII. benigne approbaverit, illudque typis publicari ſub datum 19. Maij. prædicti Anni mandaverit; quam plures ſupplices libelli tum Regularium Communitatum, & præſertim Monialium, tum etiam Parochorum, & nonnullorum Epiſcoporum pro ſuis Diæceſibus porrecti ſunt, quibus maxima exponebatur difficultas, quæ interdum

Digitized by Google

interdum, imo perſæpe incidit pro Sacramentali Confeſſione, ſive in Feſto, vel ad minus in vigilia peragenda. Quamobrem, ut adeo proficuus Indulgentiarum Theſaurus reddatur Fidelibus accommodè comparandus; enixis precibus ſupplicabant Sanctitati ſuæ, ut opportuno aliquo remedio de Apoſtolica benignitate providere dignaretur: Quibus precibus ad prædictum Sac. Congregationem remiſſis, propoſitum in ea fuit Dubium. . . " An, & quo-" modo ſit conſulendum Sanctiſſimo ſuper " præfati Decreti executione, vel declaratio-" ne in caſu &c. *Et reſponſum fuit* . . . Conſu-" lendum Sanctiſſimo Domino Noſtro, ut con-" cedere dignetur Indultum omnibus Chriſti " fidelibus, qui frequenti peccatorum con-" feſſione animam ſtudentes expiare, ſemel " ſaltem in Hebdomada ad Sacramentum Pæ-" nitentiæ accedere, niſi legitime impedian-" tur, conſueverunt; & nullius lethalis cul-" pæ à ſe poſt peractam ultimam Confeſſio-" nem commiſſæ ſibi conſcii ſunt, ut omnes & " quaſcumque Indulgentias conſequi poſſint, " etiam ſine actuali Confeſſione, quæ cæte-" roquin juxta præfati Decreti definitionem " ad eas lucrandas neceſſaria eſſet. Nihil ta-" men innovando circa Indulgentias Jubilæi, " tam ordinarii, quam extraordinarii, aliaſque " ad inſtar Jubilæi conceſſas, pro quibus aſ-" ſequendis, ſicut & alia opera injuncta, ita " & Sacramentalis Confeſſio, tempore in ea-" rum conceſſione præſcripto, peragantur. . ." Et facta per me infraſcriptum ejuſdem Sacræ Congregationis Secretarium de præmiſſis omnibus Sanctiſſimo Domino Noſtro relatione,

Sanctitas

Sanctitas ſua piis Bonorum deſideriis, ac votis ſatisfacere, & Indulgentiarum gratias, iis potiſſimum, qui pie ſanctеque vivendo, donis Divinæ Miſericordiæ digniores efficiuntur, elargiri quam maxime cupiens, benigne, annuit, & præfatum indultum in forma ſuprascripta expediri, & publicari mandavit quibuſcumque in contrarium non obſtantibus.

Datum ex Secretaria Sacræ Congregationis Indulgentiarum die nona Decembris. M.DCC.LXIII.

N. Cardinalis Antonellus Præfectus.

J. DE COMITIBUS *S. Congreg. Indulgentiarum Secretarius.*

DECRETUM SACRÆ CONGREGATIONIS INDULGENTIIS ET SACRIS RELIQUIIS PRÆPOSITÆ.

CUM ex veteri & laudabili Eccleſiæ Inſtituto die 2. Novembris omnium Defunctorum memoria recoli, eorumque animæ Orationibus, eleemoſynis aliiſque piis operibus & Eccleſiæ Suffragiis, potiſſimum vero acceptabili ſacroſanctæ Miſſæ Sacrificio ab univerſis Chriſti Fidelibus juvari ſolent, Sanctiſſimus Dominus Noſter CLEMENS PAPA XIII. ex Paterna ſua charitate erga omnes Fideles tam vivos, quam Defunctos, animabus eorum, qui ex hac mortali vita in gratia & charitate Dei, nondum tamen omnibus mundanis ſordibus expiatis, deceſſerunt, de inexhauſto Catholicæ Eccleſiæ Theſauro abundantius ſuffragari quam maxime cupiens, ut celerius è Purgatorii poenis liberatæ ad æternam gloriam

per

per Dei miſericordiam pervenire valeant, de Conſilio VV. S. R. E. Cardinalium Indulgentiis ſacriſque Reliquiis Præpoſitorum, univerſali hoc Decreto, perpetuis futuris temporibus valituro benigne concedit, ut Miſſa die prædictæ Commemorationis Defunctorum à quocunque Sacerdote ſæculari vel cujuſlibet Ordinis & Inſtituti Regularis celebranda, gaudeat Privilegio, ac ſi in Altari privilegiato eſſet celebrata, decernendo tamen, ut non niſi conſuetam eleemoſynam unuſquiſque Sacerdos pro dicta Miſſa, licet privilegiata, accipiat, ac in ea tantum quantitate, quæ à Synodalibus Conſtitutionibus, ſeu loci conſuetudine regulariter præfinita fuerit. Quibuſcumque in contrarium facientibus non obſtantibus. Datum die 19. Maii 1761.

Signatum erat. N. Card. ANTONELLUS Præfectus. L. ✠ S.

J. DE COMITIBUS. *S. Congreg. Indulgentiarum Secretarius.*

BENEDICTIO CORDÆ S. P. N. FRANCISCI.

Adjutorium noſtrum in nomine Domini.
Qui fecit cœlum & terram.
Sit nomen Domini benedictum. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.
Dominus vobiſcum. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

DEUS, qui ut ſervum redimeres, filium tuum funibus ligari voluiſti: Benedic ✠ quæſumus funem iſtum, ut famulus tuus, qui eo velut ligamine pœnitentiali cingetur, vinculorum

culorum ejuſdem filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti memor exiſtat; in ſtatu devotionis conſtanter perſeveret; & tuis cum effectu obſequiis ſemper ſe obligatum eſſe cognoſcat. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Am.

Oremus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui funibus in tua paſſione ligari voluiſti, & Beatum Petrum Apoſtolum à vinculis abſolutum illæſum abire feciſti: te ſupliciter deprecamur; ut hunc funem, quem ad imitationem patrum noſtrorum, & præcipue Seraphici Patris noſtri Franciſci, hic famulus tuus elegit, virtute tua benedicas; ut qui hac corda cingetur, lumbos ſuos chaſtitate præcingat. ſit juſtitia cingulum lumborum ejus, & fides cinctorium renum ejus: vincula & carceres non abhorreat; peccatorum ſuorum vinculis liberetur, ac libertatem ab omni peccato & miſeria, quam ei tuo ſanguine comparaſti miſericorditer conſequatur. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Aſpergat Chordam aqua benedicta, & porrigat ei quem admittit. Dicendo. Accipe cingulum illud, & paratus eſto alligari, & mori pro Domino noſtro Jeſu Chriſto.

Poſtea cingendo eum Chorda ſacerdos dicat.

Præcingat te Dominus hac chorda Humilitatis & Puritatis, & extinguat in lumbis tuis humorem libidinis; & in toto te ipſo ſpiritum ſuperbiæ; ut maneat in te virtus continentiæ & humilitatis, & Deo ſemper in omnibus obedias. Amen.

Deinde ſacerdos converſus ad Altare dicat.

Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Oremus.

DEUS, qui Beato Petro Apoſtolo tuo prædixiſti, per alium in ſenectute ipſum fore cingendum, ſignificans qua morte eſſet clarificaturus Deum: famulum tuum quem cingulo noſtræ fraternitatis præcinximus, tua quæſumus charitate præcinge, tui nominis metu conſtringe, ejuſque cor mandatorum tuorum alliga chordis; ut tua gratia opitulante a mundo peccatiſque liberatus, ſolo tuo vinctus ſervitio, in ſtatu devotionis uſque in finem perſeveret. Qui vivis & regnas cum Deo Patre, &c. Amen.

Poſtea converſus ad Præcinctum dicat.

BEnedictio ſanctiſſimæ Trinitatis, Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti deſcendat ſuper te; ut ſicut Chorda corpus circundas, ita animam fide Jeſu Chriſti, & bonis operibus decores; ut ſuam gratiam in præſenti, & in futuro vitam æternam habeas. Amen.

Formula Abſolutionis Plenariæ Religioſis, Tertiariis Sæcularibus, & Cordigeris in extremis conſtitutis, vigore Privilegiorum, elargiendæ.

Facta Confeſſione, & Dictis Miſereatur & Indulgentiam, &c.

Dicat Sacerdos.

DOminus noſter Jeſus Chriſtus per merita ſuæ ſacratiſſimæ Paſſionis te abſolvat, & gratiam ſuam tibi infundat, & ego Auctoritate ipſius, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ſummorum Pontificum, mihi in hac parte commiſſa, & tibi conceſſa, Abſolvo te ab omni vinculo Excommunicationis majoris,

Digitized by Google

ris, vel minoris, ſi quod incurriſti; & reſtituo te unioni, & participationi Fidelium, nec non ſanctis Sacramentis Eccleſiæ. Item eadem Auctoritate, quatenus ad præſens forum ſpectat, Ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis, tibique relaxo omnes pœnas Purgatorii, quas pro peccatis commiſſis meruiſti, concedens tibi remiſſionem, & indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum, & reſtituo te illi ſtatui innocentiæ, in quo eras, quando baptizatus fuiſti: In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Quod ſi hac vice non diſceſſeris, reſervo tibi Gratiam hanc uſque ad extremum mortis tuæ articulum.

Cui Abſolutioni piè, & convenienter ſubjungenda eſt ſequens deprecatio; cui, in extremis laborans, devote correſpondeat, Nomen Sanctiſſimum JESU *ore, vel corde enixe invocando.*

DOminus noſter Jeſus Chriſtus, Filius Dei vivi, qui beato Petro Apoſtolo ſuo dedit poteſtatem ligandi, atque ſolvendi: per ſuam piiſſimam miſericordiam recipiat confeſſionem tuam, & remittat tibi omnia peccata quæcunque, & quomodocunque in toto vitæ decurſu commiſiſti, de quibus corde contritus, & ore confeſſus es; reſtituens tibi ſtolam primam, quam in Baptiſmate recepiſti. Et per indulgentiam plenariam a ſummis Pontificibus, Noſtratibus in articulo mortis conſtitutis, conceſſam, liberet te a præſentis, ac futuræ vitæ pœnis; dignetur Purgatorii cruciatus remittere, Portas inferi claudere, Paradiſi januam aperire, teque ad gaudia

N ſempi-

ſempiterna perducere, per ſacratiſſima ſuæ vitæ, paſſionis, & glorificationis Myſteria. Qui cum Patre, & ſpiritu ſancto Deus unus vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Formula abſolvendi ab Hæreſi.

Dictis Miſereatur, *&* Indulgentiam &c. *Subjungat ſacerdos.*

DOminus noſter Jeſus Chriſtus te abſolvat, & ego Auctoritate ipſius, qua fungor, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſummi Pontificis, in hac parte mihi commiſſa, & tibi conceſſa, Abſolvo te inprimis ab omni vinculo Excommunicationis majoris, in quantum illud incurriſti ob crimen Hæreſios, & participationem cum Hæreticis, vel ob lectionem librorum prohibitorum, & ob quamcunque aliam cauſam; & reſtituo te, & adjungo ſanctis Sacramentis Eccleſiæ, Communioni, & Unitati Fidelium. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Et ſi ſua Peccata fuerit confeſſus, Adjungat.

DEinde eadem Auctoritate abſolvo te ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris, ✠ & Filii, & Spiritus ſancti. Amen.

Paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti, merita beatæ Mariæ Virginis & omnium Sanctorum, Quidquid boni feceris & mali ſuſtinueris, ſint tibi in remiſſionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

Vade in Pace, & noli amplius peccare.

HIC FInIt opVs; sIt LaVs, aC honor oMnIpotentI Deo.

Digitized by Google

HOMILIA DICENDA IN MATUTINIS IN FESTIS UNIUS MARTYRIS non Pontificis, quando in eis dicitur MISSA. In virtute tua.

IN TERTIO NOCTURNO.

Lectio ſancti Evangelii ſecundum Matthæum.

LECTIO. VII. *cap. 15. d.*

IN illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Nolite arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, ſed gladium. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronymi Preſbyteri.

Lib. 1. in Matth. cap. 10.

SUPRA dixerat, Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. Nunc infert, quid poſt prædicationem ſequatur. Ad fidem Chriſti totus Orbis contra ſe diviſus eſt: Unaquæque domus & infideles & credentes habuit, & propterea bellum miſſum eſt bonum, ut rumperetur pax mala. Tale quid & in Geneſi adverſus rebelles homines, qui moti fuerant de Oriente, & turrem extruere feſtinabant, per quam cœli alta penetrarent, feciſſe ſcribitur Deus ut divideret linguas eorum.
Reſp. Corona aurea.

LECTIO VIII.

VENI enim ſeparare hominum adverſus Patrem ſuum. Hic locus propè

iiſdem

Digitized by Google

Iiſdem verbis in Michæa Propheta Scribitur. Et notandum ubicumque de veteri Teſtamento teſtimonium ponitur, utrum ſenſus tantum, an ſermo conſentiat. Qui amat Patrem aut Matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Qui ante præmiſerat. Non veni pacem mittere, ſed gladium, & dividere homines adverſus Patrem & Matrem, Nurum & Socrum; ne quis pie atem religioni anteſerret, ſubjecit dicens: Qui amat Patrem aut Matrem plus quam me. Et in Cantico legimus canticorum Ordinavit in me charitatem. Hic ordo in omni affectu neceſſarius eſt: ama poſt Deum Patrem, ama Matrem, ama Filios. *Reſp.* Hic eſt verè.

LECTIO IX.

ORDO pulcherrimus: ad prædicationem mittit, docet pericula non timenda, affectum ſubjicit religioni. Aurum ſuprà tulerat, æs de Zona excuſſerat: Dura Evangeliſtarum conditio. Undè ergo ſumptus, unde victus neceſſaria? Auſteritatem mandatorum ſpe temperat promiſſorum. Qui recipit, inquiens, vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit: ut in ſuſcipiendis Apoſtolis unuſquiſque credentium Chriſtum ſe ſuſcepiſſe arbitretur. *Te Deum laudamus.*

Ex Brev. Rom. Antverpiæ impreſſo 1764.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google